# IN ASSERTOREM CHYMICÆ, SED VERÆ MEDICINÆ DESERTOREM,

FRĀC: ANTHONIVM, MATTHÆI Gwynn Philiatri in Medicorum Londinenſium Collegio quarti Cenſoris Regeſtarij ſuccincta Aduerſaria.

+ philos. et Medic: Doct: Angli: Londini

Virg. Æneid. l. 12. 396.

*Scire poteſtates herbarum, uſumq; medendi*
*Maluit, & mutas agitare inglorius artes.*

Hic extat integra dissertatiuncula M. D. Fr. Antonii valde curiosa de auro potabili.

*LONDINI,*
Excudebat Richardus Field.
1611.

24278.84*

HARVARD COLLEGE
OCT 30 1919
LIBRARY

Hayward fund

By Matthew Gwinne

# IACOBI REGIS MAIESTATI TER-AVGVSTÆ.

QVod magni nominis non magnus, id minor vt dicam maiori Maiestati, det veniam Maiestas Tua: *Qui apud te dicere (ô Cæsar) audent, magnitudinem tuam ignorant; qui non audent, humanitatem.* Ausus è Medicis nuper nostras Anthonius, acsi iam solitus *assem elephanto dare; erubescere*, vt Capito, *timere Cæsarem.* Nam ignorabat magnitudinem Imperij, Ingenij, Iudicij, σεβάτε, Ἀντιχάπτος. Ausi, Anthonio quot annis, tot gradibus, vt doctiores, digniores, Liddelius, & Moresinus, Aberdonenses Scoti, ad altare confugere, ad tribunal accedere, *à quo discessit tristis nemo.* Non ignorabant etenim humanitatem Clementiæ, Serenitatis, Pietatis, ἡμερότητος, ἡμεροτάτου. Vt ausim ὕστατος, an hæc exempla animo? an vt ne ausim, illud? *Spemq́, metumq́, inter* -- expendi anceps vtraque. Nec animi nunc pendeo. Nec ausim ad minorem, cum ille ad Maximum. Quin si Libauius contra Michelium, hâc ipsâ causâ, ad Middelburgenses Michelij patronos prouocauit; quanto consultiùs, contra Anthonium, & debui & volui Augustum Regem vtriusque, Patronum potiùs meum, sapientissimum, æquissimum, doctissimum appellare? qui potest pro Imperio, solet pro Ingenio, debet pro Iudicio,

Varius. Gemin. Sen. contr. 8. l. 6. f.

Aug. lib. danti Quint. or. inst. l. 6. c. 1.

Dunc. Lid. ar. me. An. 1607. Th. Mor. met caus. An. 1593 Au. Vict. de Tito.

Lib. not. punct. in Mich.

dicio, quo valet omnia, non modò philosophicas, theo-
Iur. Athen. Muret. l. 2. Rex Platon. p 150. &c. logicas, iuridicas, sed medicas lites diiimere, leges statuere, vtrosque vt audiat, de re pronunciet, κ) κημίνες νόμους? Quid quod eodem *Tuo* fulmine concussum concidit *Aurum potabile*, quo perculsa Oxonij est *Chrysopœia*: vt vt hîc denuò θεομαχεῖ, rebellat gigantulus Anthonius. Audentem igitur & adeuntem, mirum ni meritò, & sic exci-
Riol. apol. in Qu. ex. c. 5. Turet. Liba. trium. p. 230. peres, vt ante annos viginti Henricus tertius Gallorũ Rex Parisiensem quendam Præsidem, quem Alchymia *reddiderat è Cræso Codrum*. Hic *de Auro potabili* (vt hic) *libellum* scripsit, quo *Adamum* tam diu vixisse auguratur: vtrumque *Regi* (vt hic) *obtulit*, *vtenti* pollicitus *annos Nestoreos*. Rex prudens refert, *Tu tibi serua potionem, quâ vitam conserues tibi*. Misellus *in ætatis flore confectus fame*: vt Alchymistæ plurimi in flexu, tabe; nisi prius, cruce. Sat sibi con-
Morest. ep. ad Reg. p. 105. suluerit Tua Prudentia, ne vt *Iacobus Quintus fælicioris memoriæ Auus Tuus, dum in multiplicationis verba assentitur, à Tunlandiæ Abbate ingentibus pecunijs circumducatur*. Satis exemplo alijs, ne Treuisanus Comes technis Alchymicis *iacturam faciat amplissimarum fortunarum, solum inde vertat*: ne Vidamus Chartrensis *apud suos egenus deliteſcat*: ne Zacharias Parisiensis *Lausanna exulet è Gallia, dilapidatis bonis*: ne Duces Saxoniæ, Hetruriæ, *impensâ annuâ multorum millium, jacturâ indubiâ impensa & temporis Chymistas magni faciant. Imperatorijs* immoriatur *vinculis*, quicunq; aurum *adulterarit nugiuendulus*; saltem *det aures arti*: quo
Cens. 10. Ven. 1488. Sep. 17. Riol. ap. in Qu. p. 34. Scotus *Anglum* inurit stigmate, sarcasmo *duriore*. Ad coruos, carceres, carnifices *ableget Senatus Venetus, tollat de medio tales aurifices*: quod Bragadinum excusserit, prudens; excruciârit, iustus. Damnent decreta Imperatorum
Fallop. Lib. l. 1. ep. chy. 1. Rex Plat. p. 153 &c. Prætorumque chymicos: libros Vulcano consecret. Nec auro Chymico ditatum Salomonem, quod gloriantur, credimus; sed longè petito & transuecto, vt demonstrauit diuinissimè Oxonij è Sacris literis Maiestas Sacratissima;

nec

nec verò Reges nostros, seu Rupertum (qui nullus) seu Eduardum (qui quotus?) à Lullio, qui hoc, nec hîc, nec alibi, vel præstitit, vel potuit: seu Tuum trisauunculum Henricũ à Bacono, (Roberto, Rogero, an Ioanne?) quod ipsa temporum, rei, ac hominum refutat ratio. Piscari reti aureo, imò *è multo auripigmento paucum aurum excoquere* si velit par Neronum (infame, an insanum? auarum an prodigum?) *sentiant* ipsi *detrimentum*: Caligula. Domitius. Plin. l. 33. c. 4.

*Quicquid erunt nacti præda maioris, id omne*
*In fumum & cinerem vertant.* Hor. l. 1. ep. 15. 38.

Sed Regi, vt medentibus, cum non sit minùs curę suorum incolumitas, tutela, sanitas, adeoq; vtilitas, quàm sua; cum quòd *omnes & omnia, vt suos, vt sua, curârit*, procurârit, sit *Medicina sui sæculi* dictus *Marcus Philosophus*, cui parem Principem, ante Te, neminem, Te vndiquaq; parallelum si ipsum spectemus, si in ipso Deum, cum ipso Vxorem, ab ipso Liberos, longissimè superiorem Magnæ Britanniæ donauit Deus, præfecit hæreditas, posteritas concelebrabit: age, vtroq; nomine, *ab Imperatore Paracelsus audiat impostor nefarius*, & *propter homicidia è* sua *Bohemia*, vel fugiat, vel fugetur. Sit satis Libauio vel oratione perstringere, vel ratione conuincere Gramanum, Amwaldum, alios, quòd puluerem Angelicum, Cinabarin, è sublimatis hydrargyro & sulphure, pro Panacæa venditârint. Animaduertere sit magistratuum. Hi tamen, vt agyrtæ, *pro curationum historia obtrudant literas; sed artificum censurâ destitutas: cum tamen τὸ εὖ κεκυβευόμενον scientiâ sit iudicandum.* Aur. Vict. Iul. Cap. in M. Aur. Maxim. Lib. l. 1. ep. 2. Antigraman. l. 1. ep. 15. l. 2. ep. 99. 100 Riol. P. apol. exc. in Qu. p. 17. ad. Turq. p. 87. F. comp. vet. med. exam. in Ban 163. Quer. incur. in Riol.

Sit satis Riolano patri, filio, sub scholæ nomine, personas nominare quæ vitio non suo perierunt, notare pretia *pro pilulis duabus aureos triginta quinque*, *pro extractio rhabarbari centum libras*, examinare formulas informes Chymicorum, Censuram Scholæ demum describere in Quercetanum, Libaùium, Palmarium, & cæteros, libros vnà Spagyricos. Illos proscribere sit Principum. Hi tamen denuò incursiones faciant, succenturiatis binis medicis, ad-

P. Pal. lau. pal Lib. Alc. triũ. uersùs sexaginta; laurum sacrent suo nomini Palmariam, quâ fugent fulmina, quibus expirent ilicò: triumphum,

Cath. Med. e-log. Iou. θρίαμβον canant decernant sibi de Parisiensi Galenia;

- ἡ φῶς φέρου, ἢ τὰ γαλήνην.

Non eadem hîc nomina; sed causa eadem, cursus persimilis, laurea & sceptrum in manu Maiestatis Tuæ. Apotropæe, Alexicace, ne vindices, sed iudices:

Ouid. Fast l. 5 576. *Stetq; fauor causa pro meliore tuus.*

Qui Matris mihi charissimæ (Oxonienſis scilicet Collegij Diui Ioannis Baptistæ) iam sanas vulnus capitale, Nutricis itidem hîc saluberrimæ (Collegij nimirum Medicorum Londinensium) cures exanguia, exucca probè vbera: quæ spiritum trahenti languidum adulteratoria adulterina vitulamina conantur exugere, minantur exhaurire.

Iosin. R. Sc. 9. Reut. R. Sc. 7. Hect. Boet. l. 2 Non petimus, vt in honore summo, vt Regi Scotorum nono, habeantur Medici: optamus, vt septimo saluberrima sancienti, interdicatur, sub pœna capitis vel carceris, nequis se dicat Medicum, qui non in arte medica & diligenter studiosus, & expertus diu, & multum legerit, & multa egerit, dogmaticè, canonicè. Ab Angliæ Principibus, Tuaque Maiestate indulta priuilegia huic Medicorum Collegio Londinensi sint per Te sarta tecta. Fer opem qui spem dedisti.

Hor. l. 3. od. 24 35. *Quid leges sine moribus Vanæ proficiunt?*

quid bonæ, quid mores, sine viribus? Consulere, cauere Rei publicæ, eo quòd medicæ, qui valdè volumus, vel nõ audebimus, vel non poterimus præstare quippiam, si refractarij, imperiti, importuni Empirici vel audebunt, vel poterunt non modò aduocare, sed adducere tribunos an plebis, an militiæ, consultos an iuris, an iustitiæ, Magnates an imperio, an impetu, vt authoritati, rogationi, decretis

Lib. l. 2. ep. 74. Riol. in Tur. p intercedant. *Cui* enim *sceleri* (vt de his queritur Libanius) *patrocinium deest? cui mendacio testis?*

Iuuen. sat. 7. 1. *Et spes, & ratio* Medicorum *in Cæsare tantùm.*

Non erit nobis minùs dolori, & pudori, quàm ipsis, si

Det.

*Det veniam coruis, vexet censura columbas.* sat.2.63.

Quin nisi æquè censeat de omni censu, sexu, & quite, pedite, qui quouis ordine in tribu medico, æqua non est Censura. Sed æqua foret, si staret sententia; quæ abrogatur potentioribus, vt aurum Anthonio *disrumpitur*, corrumpitur, argento viuo, & aquis fortioribus. Quin quia ordinis hîc mentio, (qui nexus, neruus, decus Mundi, Regni, Rerumpublicarum omnium, ornata vt esse nequeant, quæ non sunt ordinata) ferat, firmet hunc ordinem Maiestas Tua, ne ordo Medicorum architectonicus, ne ordo Chirurgorum polychrestus, ne ordo Pharmacopœorũ Londinensium honestus, doctus, diues, vel inuicem distinctus confundatur, vel inuasoribus Chymistis conturbetur. *Ne vnus idemq; Medici, Chirurgi, Pharmacopœi munus obeat; propter pericula quæ inde metuuntur.* Chirurgus manu medeatur exterioribus: *Pharmacopœus* δημιουργὸς *præscripto Medici iurati* administret. Chymistæ, quod solum profitentur, si velint, possint, Pharmacopœos agere, in ordinem illorum redigantur. Pharmacopœos nouimus, qui norunt eadem, & plura, quàm Chymistæ. At omnis ordo inuertitur, Censura euertitur, tolluntur vnà Medici, Chirurgi, Pharmacopœi, si *vna* obtineat vnius Anthonij *Vniuersalis Medicina*; quæ omnia in omnibus. Sed ne obtineat (quæ nulla, nulli rei) & mihi propè minimo Collegium hanc demandauit prouinciam Anthonium insectandi, non vago, sed presso pede, κατὰ πόδα; & ne errores Anthonij, ceu venena, serpant in fontes publicos, à Tua Maiestate petit humilimè, *Senatusconsultum*, quasi *Parisiense*, Londini promulgetur, *nequis* Londini *de Medicina quidquam in lucem edat, quod non sit à Medicorum Collegio approbatum*: quod verò approbatum, typographis id priuilegio vt confirmetur. Et hæc, & reliqua dignetur Maiestas Tua eo oculo, & animo, quo solet errores confutatos; à Tuæ Maiestatis seruulo iurato deuotissimo

Gal. met. med l. 6. c. vlt. Brun. Scid. mor. inc. p. 56, 53.

Riol. in Quer p. 14.

Hic. cap. 6.

Riol. ib. ep. ded. f.

*Matthæo Gwynn.*

# IN VIRI OMNI LITERARVM GENERE INSTRVCTISSIMI, COLLEGÆ MIHI SEMper amicissimi, Regij ad Turrim Medici, D. D. Guinnij, patrio idiomate Candidi, Enarrationem Physico-medicam.

*INfantem spurium domino quia parturit Agar,*
*Illusit dominæ serua superba Saræ.*
*Ecce molam: venti profert Anthonius ouum:*
Πᾶν ἄκος ἐκ χυτοῦ, πᾶν δ' ἄχος ἐστὶν ἄλος.
*Torruit hic aurum salibus, potabile fecit*
*Instrumentali, quam malè fingit, aquâ.*
*Extulit arcanum: risum teneatis amici,*
*Queis Sal, Sol, Ignis, Mercuriusq; valent.*
*Prodijt in scenam (mittamus vellere caluum)*
*Vela dedit famæ nescius ipse suæ.*
*Impostura suis pereat parachymica fucis,*
*Quæ faculâ Solem posse iuuare putat:*
*De corio ludens alieno, calua, comata;*
*Vmbras quæ fumi venditat, illa luat.*
*Lucigenam metuat Nox mentis, capta numellis,*
*Quas καλὸς authoris Candidi ἔλεγχος habet.*
*Tandem ciuilis cingat tibi tempora quercus,*
*(Candide) suffocent quòd tua scripta lupos.*

Guilielmus Paddy, Regius Medicus,
Eques, & Collegij Medicorum
Londinensium Præses.

IN

## IN AVRVM, NON AVRVM;
### Collegæ doctissimi D. Guinei.

*Aurum, non aurum! sapit hæc inscriptio bellum:*
*Belle proscribis, Candide, fraudis opus.*
*Quis dolus implicuit, fucato Anthonius Auro*
*Vt ludat plebem, quam vaga pica monet?*
*Inscius, an quòd inops? inhiat dum turpiter auro*
*Acesius, animus, qualis auara manus.*
*Auro mors inerat: num vita ex morte resurget?*
*Spiritus an recreat, spiritus vnde fugit?*
*Vulgi Aurum, atque Sales, Aqua Colica, & ignis adorens,*
*Hæc notha, Spagyricis nota, probata minùs.*
*Plura sciens, odit qui prodit: nequis agyrta*
*Fraude tegat fraudem, Candidus Author agit.*

Ioan. Craigius Regis Archiater.

## AD D. GVIN. MEDICINÆ
### Doctorem,

*Prolem Candoris grauidâ te Mater ab aluo*
*Parturit; at nomen Wallia prisca dedit.*
*Wallia candorem, vi vocis, nomine signat:*
*Numen in hoc* Guinni *nomine, an omen inest?*
*Candor inest verbis, morum probitate refulget,*
*Doctrinâ, ingenio, candor vbiq; viget.*
*Candor Honestatem comitatur, corpus vt vmbra;*
*Candor virtuti sic comes esse studet.*
*Candidus est? Bonus est; perbibet sic vulgus Honestum.*
*Est malus? hic niger est; hunc fuge, cautus eris.*
*Tecum fœdus init candor virtute reuinctus:*
*Hic homini gratum te facit, illa Deo.*
*Auspicio fœlix sit nomen, & omine faustum:*
*Candoris partus Numine fultus eat.*

*Quis furor indomitus? quæ tanta ſuperbia Mentis*
*Occupat Enrybatum, Ptocoponumq; facit?*
*Auri ſacra fames, quâ dementauerit Orbem,*
*Ingens ſpes lucri, turpis Auaritia.*
*Scilicet id curat: quærenda pecunia primùm eſt,*
*Virtus poſt nummos; Ars maleſuada docet.*
*Quos animos profert amor hic ſceleratus habendi?*
*Quos ſemel arripuit, qualia monſtra creat?*
*O vanas hominum mentes, quas poſsidet Aurum!*
*Æquiparat pecudi, cum ratione caret.*
*Pocula non Circe, nec tam mala philtra Calypſo*
*Miſcuit, ac fatuo vendidit hic populo.*
*Vade, age, Guinne, feros Ciniflones pone ſuperbos,*
*Queis ſatis ad prædam nulla rapina facit.*
*Rumpe moras omnes; tu fortiter arma capeſſe,*
*Et Chryſopæos contere victor ouans.*

amiciſſimus Richardus
Forſter. D.M.

Τὶ τοῦτο; χρυσὸς. χρυσὸς; πῶς; οὐχὶ ξεῦσός;
Μὰ Δία χὴ πόπιμος. πόπιμος; τὶς δημίεργος;
Ὁ μέγας Θεοφράστειος ἰαλῆὸς Ἀντώνιος.
Χωρὶς ἑτέρας μίξεως ἁπλόατος.

Αἴγεται πολὸς πολυχρησόπατος,
Ἁπλῆς, ἄμικλος, χ' οὐ κομβολευμένος,
Ἁπάσας ἰάσασθαι διαβάσεις ἐπιτήδειος,
Τὰς παρὰ φύσιν. Φαντερός ὄζι ψευδόμενος.

Χρυσὸς χὄπαγεις ὃς κλῆμα ὄζιν ἄριστον,
Οὔπω μὴ παγεὶς, οὐδενὸς ὄζιν ἄξιον.
χρυσὸς πόπιμος ἐνδείκνυσι φλυαρίαν.
Πρὸς τοῦτον τοίνυν μὴ σπεύσῃς καρδίαν.

Ex-

Ἐ ῥ ῥ ει τὰ καλὰ ἢ ὄντως ἰατρικῆς.
Γυμνὰ τὰ κακὰ ἢ λυμῶδες ἐμπειρικῆς.
Κατόρθωσε τυχόν τις, ὡς θαυμασθῆναι,
Κ' ὕστερον ἀπέτυχεν, ὡς καταγελασθῆναι.

Μακρὸς ἐν ἅλτεσι λόγος γεγραμμένος,
Καὶ νέα ἰατρικὴ, τοῖς παλαιοῖς ἀντίρθογγος,
Πρὸς τὸ δοκεῖν ὡς ἔχει τι κ' κόμπασμα,
Τῷ ὄντι δ' ἐστὶν ἀνθρωπίνη καινοτομία.

Ταῦτα σὺ Γεῖνε διαμεμαρτύρηκας,
καὶ ὡς ἀληθεύεται ψευδογραφάμενος.
Γραμματικὸς ψυχρὸς, ἢ φιλόσοφος ἀλλιτὴς,
Ἢ ἰατρὸς χρυσοπόπης, ἀκ ὄζιν ἀξιόπιστος.

Θῶμας ὁ Φρεάρρειος.

Τῦ αὐτῦ ἐξάστιχον.

Οἰνοχοεῖ Ἥφαιστος ἐπὶ κρατῆρι χρυσείῳ,
Ἄσβεστός δὲ θεοῖς πᾶσιν ἐνῶρτο γέλως.
Χρυσοχοεῖ Ἀντώνιος ὁ Δελίνω δὲ κραίνει,
Ἀνδράσιν ἄσβεστος πᾶσιν ἐνῶρτο νόσος.
Εἰς θάλαμον πρότερος Διὰ δ' ἀθανάτοισι προσῆγε,
Δεύτερος εἰς θάνατον θνητὸν ἔχεσεν ἄγει.

Εἰς ἰυδοκιμώτατον ἀνδρὰ Μαθθαῖον Γυιννῆν Ἰωάννης
Ἀμμονδὸς ἰατρὸς Βασιλίσσης, καὶ Ἐξήκτ Ἀρ-
χοντος τῆς Ὀυαλλίας.

Τίς πόθεν ἐς' ἀνδρῶν; ἐπεὶ ἐν πάσδεσσιν ἰητρῶν
Οὔπις ἐην δ' ἰυρεῶν χρύσεια τε φάρμακα, πεσσά τε,
Οὐ χείρων, ἑ περ ἔθρεψαν Θεοὶ ἔργεῖ ἰσον,
Οὐτ' Ἀσκληπιὸς ἦν θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξων,
Γ' πεοκράτης δ' ἷος, μ' ἱερὰ ἷς Περγάμιοιο;
Ἀλλὰ μὲν ἐπδανῦ Παρακέλσυ ψυχὴ ἐν ἐρημῷ
Ἐν πίσσι γλαφυροῖσι δ' τ' Ἠφαίστῳ ξὰ μιγοῖσα.
Ὢ', πόποι, ἀντίδοτος θῆρος ε δὲ Μιθριδάτευ
Ἀμβρόσι' ἀθανάτοις θνητῶν ἐνὶ δαῖνι κεῖται.
Καὶ χύσις ἐν πηῷ χρύσεο γε ψευδοκότοιο.
Τᾶυτα δὲ ξηδίως Γυιννῷ δ' ἀδὶ ἐλέγχεμεν ἐσὶ,
Ἀ'ἰὸν ἀρισίνοντι γε πολλῶν ἐξόχῳ ἄλλων.

## Eiusdem ad eundem.

*Haud Medici, Musas qui spernunt, nomine freti*
*Præripiunt doctis munera, iura, decus.*
*Pergama qui temnunt stulti, numenq́; Epidauri*
*Deformant, Cœi nec veneranter opem.*
*Sunt quibus in vetitis mens est, Paracelsus, agyrta,*
*Sufflo in delicijs, Mulciberisq́; chorus.*
*Nec desunt miseri, qui Aurum potabile iactant*
*Panchreston cunctis Ambrosiamq́; malis.*
*Antyciras mittendus erit qui talia promit,*
*Sanior vt discat quid Medicina ferat.*
*Verùm, argumentis euincere fortibus æquum,*
*Hoc est ingenij, candide Guinne, tui.*

# PRÆFATIO F.A.

POst multos & ineffabiles labores, vigilias, sumptus, præparationum fideli exercitatione continua, quæsita ego omnia ad optatum tandem perduxi finem auspicante Deo. Interea, nihil sinistri præsagiente animo, debitâ mercede expectans, frustraneos deploro labores. Ego triticum seminaui: Inimicus homo lolia in terram nostram insperſit. Ita rei bene gestæ comitem esse tristitiam cerno. Hanc igitur Apologeticam querelam in lucem emisi, instam (vt spero) & honestam. Primum, vt me vindicem ab imposturæ crimine. Dein, vt industria, perfectio, veritas, atque experientia nostra certa, manifestentur omnibus. Non sum equidem nescius, reperiri paucos inter eruditos, qui hanc Philosophiæ partem non irrideant. Caterum experientia practica, veritatem Theoriæ corroborat in omni disciplina. Itaque cohortor omnes, ne pulcherrimam rerum experientiam temere reiciant. Non vos vnquam pœnitebit (ô viri sanguine & virtutibus generosissimi) ista perlegere, & vera esse scire: sub breuiusculo sermone totum hoc negotium comprehensum esse voluimus, ne tædio vobis esset prolixa oratio. Non expecto vt liber euadam à censoribus maledicis ac inuidis. Sed nil eos moror. Gratum erit omnibus (nil metuo) naturæ ac artis amicâ prouidentiâ, duros mortalium languores benignè posse refocillari.

*Vireſcit vulnere virtus.*

# ANTIPROOEMIVM M.G.

LAbores, sumptus, vigilias Alchymistarum non tam *ineffabiles*, quàm sunt inutiles, nec miror, nec miseror. *His parum est erraſſe, niſi errori damnum, damno labor, labori pudor ac-* Petrar. rem. for. l. 1. d. 111.

*creſcat. Horum quis eſt ſucceſſus, præter cinerem, fumum, ſudorem, ſuſpiria, verba, dolos, ignominiam?* Sic ſibi creant malum: & qui vult decipi, decipiatur.

Alb. Alch. p. 614.

*Cui labor in damno eſt.—*
*—iniuria nulla volenti.*

En tamen *quæſita omnia ad finem optatum qui perduxit.* Plut. Marcel. Quin igitur exclamat Archimedes, εὕρηκα; in libo fabam, puer! qui nihilominus quaſi auratus, an auritus, Midas Ouid. Met. l. 11

*—malè vſurus donis —*
*—diuesq́; miserq́;*
*Effugere optat opes, & quæ modò voverat, odit.*

*Nihil præſagit, mercedem expectat*: ſed *fruſtra* eſt. Sic ſolet, ſic debet fieri. *Deplorat* poſteà, qui anteà non explorauit. Matth. 13. 25. *Seminauit* (tam mali hodiè in ſeminario, quàm olim boni) *triticum* forſan (ſed non ritè trituratum) in ſolo fortè ſaxoſo, vel ſpinoſo: at *inimicus homo lolia inſperſit*: habet (putà) Pluto, quod agat cum auro Anthonij, Vel. Pat. l. 1. *dum dormijt*. Hinc *rei bene geſtæ* qui comes? *Illuſtribus* olim *invidia*: iſti *triſtitia*: acſi ſeipſâ virtus non ſit contenta, nedum voluptas, gaudium, ac merces ſibi: An verò Italis, *Adun triſto tempeſta il pan in forno?* an triſti Ouidio,

Ou. Pont. l. 2. el. 10. Faſt. l. 5. *Doctrinæ pretium triſte Magiſter habet?*
an *Morum quos fecit præmia Doctor habet?*

Antè *quærit*, & *invenit*; cur ergo nunc *queritur*, nec exauditur? Non *apologiam* querulus, imò apologum emiſit quæſtuoſus.

Tibul. l. 4. *Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu.*

Num ſe impoſtor vindicat, qui *impoſturam* aſſerit? Num mox *induſtrius*, *perfectus*, *verus*, *expertus* aſſeritur, qui proclamator fuit? A viris doctis, probis, exceptione maioribus cenſuram vidi, quâ *valdè imperfectus*, *& prorſus indoctus* reprobatur. Act. Col. Med. p. 146. b. Quæ verò hîc *querela?* quæ defenſio? *Nec* ipſe *neſcit*, hæc *eruditos irriſuros*. Hæc ipſi ideò arrident magis? an iſti rident (rudes, non eruditi) quæ non

ſunt

sunt irridenda?

-- *Populus me sibilat, at mihi plaudo,* Hor.l.1.Sat.1.

dicat non malè Timon μισάνθρωπος; at meliùs Hector, *Lætor laudari abs te laudato viro.* Ab *eruditis* equidem nolim *rideri.* Caret veniâ, qui sciens volens peccat. At munit *praxis theorian.* Et monet *praxin theoria.* Et praxis ἄλογος, & λόγος ἄπρακτος putatur ἀτιμία. A suo Arnaldo, vel Richardo, vel Aristotele discat, & dicat (vt alia) memoriter, *Non potest in practica bene assuescere, cuius mens in theorica renuit desudare: quoniam secus* (dicat, & cœcus) *procedit ad practicam sicut asinus ad cœnam, cui rostrum indat inscius.* Nec solâ meditatione, sed medicatione cognoscendum. At *rerum pulcherrima experientia.* Imò periculosissima: & tanto pulchrior Prudentia, quanto Pallas Vulcano, vel Cyrene Proteo. Illa quidem διδάσκαλος, sed μάστιγοφόρος, magistra, sed stultorum; eaque σφαιρᾶ, à qua sunt σφάλματα: imò & ἔλεγχος, vnde Empirici Hippocrati dicuntur ἔλεγχοι, ἀνίατροι, medicorum nomine indigni, artis probra. Quo modo *non pœniteat* lectores *perlegisse*, quæ author *deplorat, queritur*, elaborasse? quæ *pauci inter eruditos non irrideant*! Liber magnus etsi sit tædio; liber malus, etsi breusculus, erit fastidio. Vt *liber euadat à censoribus non expectat*, nedum expetit, fortasse sibi conscius. Censoribus sic debet commendari, vt ab Augusto, à M. Philosopho, *Si dignus erit.* Censores κατ' ἀντιφρασίαν in orbe Londinensi quatuor, ad impostores coercendos, examinandas Medicorum peritiam, Pharmacopœian ciuium. At hi *maledici ac inuidi.* Maledictum hoc oris impuri, frontis perfrictæ, mentis maleuolæ & malesanæ. Non est, aut cur, aut cui inuideant, qui nihil vident inuidendum. His, vt Catoni Censorio, & maledicere insuaue, ἀνδρί, & malè audire insuetum, ἀνδρί. Sciat tamen Anthonius Augusto linguam esse, vt *siquam maledicendo voluptatem ceperit, eam malè audiendo amittat.* Sed *nil eos moratur.* Moratur

Hor. in Hip. prec.c.3.è Nazianz. Arn.Vil.præf. Rosar. Ric.Angl.cor. c.2.f. Ar.perf.mag. p.104. Heur. in Hip. eleg.c.1. Ram.in Virg. Geor l.4. Pind.Olymp. od 4. Hip.præcep.t. 9.

Cic.ep.fam. l.5.& 15.

Suet.Aug.c. 56. Iul. cap. in Ant.Ph.

Plut.Cat.Mai. Suet.Aug.c.51 Sal.in Cic.p.

magis, ciniſlones, circumforaneos, agyrtas, nebulones, ſpagiros, μαγειρους qui miratur, imitatur, æmulatur. Si Romam incoluiſſet priſcã, Cenſores coluiſſet magis, aut ſuo doluiſſet malo. Sed eſt Thraſoni (nil metuit) *iſti huc datum, vt ſint grata quæ facit omnia, & omnibus.* Si nouum fortè, gratum foret; at notum & lippis & tonſoribus, à Seuerino quod hic didicit, *poſſe languores refocillari*, ſine Anthonio, & ſine antimonio, aut quouis foculento, poculento. Sed Senecæ, *qui ſcit vereri, ſcit tutò ingredi.* Vereri diſcat igitur, & reuereri: & *vulnus* à me habeat, in ſe *virtutem* qui non habet; nec hanc *virentem*, ſed illud *reuireſcens.*

Ter. Eun. act. 3. ſc. 1.

Seu. Id. med. ep. ded.

Sen.

*Vileſcit vana voluntas.*

*Cap.1. Potabile Aurum, an ſit.* . . . . . p. 6. F.A.
*Cap.2. Potentiſſima Medicina vis latet in Metallis.* . . . . p. 74
*Cap.3. Inter Metalla Aurum ſummum obtinet in aſtruendâ verâ Medicina.* . . . . . p. 86.
*Cap.4. Myſterium Auri ſoluendi, & per Alembicum eleuandi.* 105
*Cap.5. Petit Author publicum examen fieri veritatis huius Myſterij per oculatos teſtes, aut ſilentium imponit oblatrantibus ſempiternum.* . . . . . p. 159
*Cap.6. Quòd Aurum potabile vniuerſalis Medicina dici mereatur.* . . . . . p. 191
*Cap.7. De multiplici vſu ac viribus noſtri potabilis Auri.* p. 208

Cap.1. Aurum Putabile admittitur, non Anthonij Pota- M.G.
bile. . . . . p. 6.
Cap.2. E vegetabilibus & animalibus non minora medicamenta, quàm è mineralibus. . . . . p. 74
Cap.3. Aurum in Medicina præſtat minus. . . . . 86.
Cap.4. Aurum eleuare, ſoluere, eſt μυσαρὸν, non μυστήριον. 105.
Cap.5. Facto examine Author damnatus, ne obſtrepat vlteriùs. . . . . p. 159
Cap.6. Nec vniuerſale vllum medicamentum, nedum id aurum. . . . . p. 192
Cap.7. Abuſum, non vſum, magis virus quàm vires, habet Aurum Anthonij. . . . . p. 209

## CAP. I.

### *Potabile Aurum, an ſit.*

F.A. *Vrum, ſolidiſſimum illud corpus, ac primum Metallum, ignis furioſam flammam non pertimeſcens, aëris corruptioni reſiſtens, arugini terræ, & aquæ putrefactioni: an humano labore ac artis miniſterio ita ſubigi poſſit vt tutò intra humanum corpus ſumatur: præterea, vt etiam in Medicinam ſalubrem euadat, & ſummarum virium, (vt pollicentur Chymici) iudicium iampridem eſt valdè anceps apud eruditos. Confligunt de hoc milites, & vbi ſteterit victoria in ancipiti eſſe credunt plurimi. Non aſſentiuntur Platonici, non Peripatetica ſchola.*

### *C.I. De Auro putabili, potabili, portabili.*

M.G. AVreus aſinus, ſtolidiſſimum id corpus, ſi pro ſe proloquatur (loquutum ſcimus aſinum, & Apuleium legimus, & pro illo Agrippam & Nolanum; & pro auro loquuntur ſæpe, ſilent quandoque leguleij) non aliter, quàm hic, pro ſe declamet; non modò primas ſibi vendicet, ſed elementis omnibus indicat pro ſe bellum, & præ ſe nihili exiſtimet. Hic verò dubium, an aureus, an inauratus; an leo, an pelle tectus leoninâ; an μύστης, an portans myſteria. En πρόσωπον πολυγὲς, en

Pind. Olymp. 3. ſplendida quæ ſuadet Pindarus exordia.

Ouid. Met. 2.2 *Claramicante auro.—*

Eup. Satyr. p. 227. Quin *Auri triumphum* concinit Euphormionis? *Aurum* crepant ipſæ fores. χρυσίσμος, & bellum caput, ſeu aureum, ſeu æneum, ſeu ligneum, ſeu luteum, quum *aurum* loquitur, quis non allicitur, vt audiat? vt audiens inhiet? vt inhians amplectatur? Etſi id caput, at non hoc

Hor. Li. ep. 4.6 *—corpus ſine pectore.—*

Lydius lapis probet *aurum*: *aurum* probabit hominem. Gallis prouerbium, *Or eſt, qui or vant.* Sed vereor, vaginâ aureâ

reâ ne enſis concludatur plumbeus. At *ſolidiſſimum.* Quî conſtat? annon *illitum hydrargyro fragilius euadit oui cortice?* annon malleis ſubigitur? annon *aquâ Regis ſeu ſeparationis colliquatur?* Quin ſi ſit *ſolidiſſimum*, noſtris ventriculis quî poteſt coqui, euinci, in chylum alterari, in chymum mox qui abeat? At *primum eſt metallum.* Quo modo? an tempore? Vtcunque prima ætas aurea; è ferro tamen gladium, & Adam fodiſſe ferro terram, & Tubalkain ære & ferro operatum priùs accepimus, quàm vſpiam effoſſum *aurum.*

Card. ſubt. l. 5. Scal. exer. 272

Gen. 3. & 4.

*Inde nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum*
*Prodijt.* --

Ou. Met. l. 1. 75.

An naturâ? Si *metallorum pater ſulphur*, *mater argentum viuum* Chymicis, *materia remotior* eſt *glutinoſus halitus & humidus* Peripateticis, *in ſuis mineris qui morâ maturatur*, *vt ex argento ſæpiùs in aurum excoquatur*; Richardo Anglico, ſi *non* ſit *aurum*, *quod non priùs fuerit argentum*; certè ſi non argentum, at argentum viuum auro naturâ prius; & crudiora coctioribus ſi ſunt priora, & plumbum & ſtannum auro erunt priora. An ordine? Si rectè à Cardano *ſeptem Planetis ſeptem metalla* comparentur; imò ſi Chymicis illorum iſta nomen ſuſcipiant, vt *plumbum Saturnus*, *cuprum an ſtannum Iupiter*, *ferrũ Mars*, *aurum Sol*, *æs Venus*, *electrum an hydrargyros Mercurius*, *argentũ Luna* appelletur (etſi *Luna argentum* Paracelſo *viuũ* potiùs, *plumbũ Mercurius*, *argentum Saturnus* ex rei natura nominetur) ſeu recto ordine, ſeu retrogrado enumeres,

Libau. com. met. l. 1. p. 5. Ariſt. met. l. 3. c. 7. Mag. phyſ. per. l. 5. c. 1. Ric. An. Corr. c. 16. p.

Card. ſubt. l. 6. Morel. met. cau. p. 14.

Par. mor. met. l. 3. tr. 2. c. 4.

*--medium non deſerit vnquam*
*Aurum -- quod mediũ eſt, atque inter vtrunq; probamus.*

An tandem dignitate? Hîc ſi vſpiam, ſe exerit (ſub Phaëtonte vereor)

Claudian. Mart. l. 1. ep. 58.

*Aureus axis* --
*--temo aureus, aurea ſummæ*
*Curuatura rotæ.*--

Ouid. Met. l. 2.

Imò Solares aurei, quaſi Sol ſolus, dux orbium, lux luminum,

num, admotis virtus, & remotis vita,

L.4.223. *Omnia qui videt, & per quem videt omnia tellus,*
*Mundi oculus.*—

Age, primas ferat; addo, secundas, tertias, per me, per Medicos, Phœbus hic noster, φῶς τῦ βίυ. Det verò pœnas Phaëton, & suo Pico, & nostro Plinio, & Spartæ, & Spartaco, aurum si non eijcientibus, at parui æstimantibus: imò & suis, Paracelso, cui *sunt eiusdem valoris omnia; carbunculus non præstat topho; pinus non est ejpariſſo deterior; qui primus argento aurum prætulit, fecit id auaritiâ*: & Penoto, cui *Philoſophorũ Saturnus reuerâ excellit Solem & Lunam.* Quin vt *Antonius est vſus aureis in omnibus obſcœnis deſiderijs, pudendo crimine etiam Cleopatræ*: ita censore Plinio, *Antonius in contumeliam naturæ vilitatem auro fecit, opus proſcriptione dignum.* Interpretetur hæc, vt poterit, Anthonius, & ad se de se referat. Quin vt metalla Græci, non tam quòd μεταλλᾶν illa scrutari soleant, quàm quasi μετὰ τὰ ἄλλα nominant, quòd *vbicunque vna inuenta eſt vena, non procul inuenitur alia*, vt scitè deducit Plinius: sic non inscitè dixerim, μετ' ἄλλων, μετ' ἀλλήλων, quòd alia cum alijs, & cum seipsis inuicem collata, in suo quoduis genere, *metallum primum.* At *ignis furioſam flammam non pertimeſcit.* Quid speret, quid *timeat*, quid sentiat quod sine sensu, sit sine sensu qui censeat. An *aurum* Martyr est, cui

Plin.lib.c.3.m. c.6.p.

Prud.periſt. hym.5. Æli.anim.l.2. c.31. Ouid.Triſt.1. Met.2. Plin.nat.hiſt. l.33.c.3.

—*ſtridens flammis lamina*, aut *ludus* est, aut lucrum? an Salamandra cum igne vt pugnet, eumque expugnet? Imò (vt alij loquuntur castigatiùs)

—*ſpectatur in ignibus*,—
—*fluit ignibus*,—

*præfertur cæterus, quòd rerum vni nihil igne deperit, durante materiâ in rogis & incendijs.* Sed iste φαιδρὸς Phędria, quàm *bono sit animo*, cum *accedit ad ignem hunc*, si non *totus tremat horreatq; poſtquam aſpexit*, si ex aspectu affectum iudices, en aspice, vt ignitione primùm infuscetur, num hìc

Ter.Eun.act.1 ſc.2.

ira?

ira? deinde impalleſcat, num hîc timor? poſteà flaueſcat, num hîc zelotypia? demum, cum *ſalua res eſt, erubeſcat,* num hîc pudor, an ſplendor magis? vt *in nigredine albedo, in albedine citrinitas, in citrinitate rubedo* Libauio *deliteſcat.* Sed *igne* cur *non comburitur?* Certè *comburitur*, at non, vt cætera, conſumitur: Id color, & fluor indicant. En autem huius (vix veram, ſed ſibi pugnantem) rationem. *Quia vnum elementum protegit aliud aduerſus ignis pugnam.* De pugna elementorum, quæ ſunt

Adel. act. 4. ſc. 5. Liba. com. met. l. 1. c. 4.

Hic c. 3. p. 28.

*Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum,* Ou. met. l. 1. 9.

cum quaſi Cadmæi,

*--cadant per mutua vulnera fratres,* L. 3 123.
*Frigida depugnent calidis, humentia ſiccis,* L. 1. 19.
*Mundum quin lanient,--* 58.
*--tanta eſt diſcordia fratrum,* 60.

ſæpe audiuimus: de *protectione* nunquam. Imò vt ipſis inditum, & inſitum ſit μεταβάλλειν, μεταβαίνειν, transmutari, transmigrare, adeoque generari inuicem εἰς ἄλλα, & ἐξ ἀλλήλων, idque πᾶχύτερον, βραδύτερον, faciliùs vel difficiliùs, πρὸς ἄλλα vt habent σύμβολον, vel ſunt ἀσύμβολα, non tota quidem, ſed ad partes, res nota: ſed vt ſe *tegant*, vel alia, *aduerſus* alia, res eſt alia atque alia, noua, & à philoſophorum ſenſu aliena. Sed ignis quęnam *pugna?* vt vexet, voret, vaſtet, idque ἄμυητον εἰς ἄτυητον. Quis verò *ignis* ille? an Solaris, luſtrans, illuſtrans, educens, educans, maturans omnia & moderans? hic pugnat nulli, at propugnat multa. An cœleſtis, animans, armans, formans, firmans, ſeruans, ſanans hominem? hic amicè verſatur cum amicis, non niſi malis aduerſatur. An elementari: qui Gallico Poetæ *elementum melius*, & meliùs deſcribitur,

Aristot. de int. l. 2. c. 4. t. 26. c. 5. t. 33.

Anima l. 2. c. 4 t. 42.

*Flammiuomus, motus fons, luciſer, aſtifer ignis,* Bart. ſepe. 1. die. 2. 857.
*Viuificus, ſordeſq; fugans, æquus, & faber auri,*
*Chirurgus, figulus, chymicus, fuſor, ſtratiotes,*
*Bombardarius, omnia qui valet, omnia præſtat.*

Scal.ſubt.ex.9 At hic Scaligero, *feruor puriſſimus, nihil conſumit*, magis conſummat plurima. Terreſtris Chymico relinquitur, qui tantum illis cedit,

Bartaſ ib.877 — *quantum funalia Phœbo*,

vt ille loquitur. Hic ſit *auxilium auxiliorum, vt forma formarum anima*, vt manus organorum organon, ſit inſtrumentum artium, homogenea vt congreget, heterogenea vt ſeparet, coquat, attenuet, permiſceat, & edat pleraque, agat in plurima, actiuus maximè, calore, raritate, ſubtilitate: non tamen abſumit magis, non dico ebenum, ſed cineres, quàm *aurum* excoctiſſimum. Hic ipſe Doctor, ſi extitiſſet verè aureus, non merè cereus, feruorem examinis, non dico cineritium, ſubijſſet, ſuſtinuiſſet, exantlaſſet, volentiùs, valentiùs. Imò, ſi ipſe tam validus, tam *ſolidus*, (addo) tam ſapiens fuiſſet, quàm quod præ ſe fert *aurum*, vt vt igni, Mercurio, aceto, ſalibus, ad tempus, ad ſpeciem, ad opinionem hominum, ceſſiſſet aliquantulum, vt Parthus fugax, pugnax; iampridem tamen fortior, fortè ferocior, certè feracior, ad ſeſe redijſſet; nec granulum ſubſtantiæ, ponderis, exiſtimationis perdidiſſet. Nunc illa imminuta, *ignis* extinguitur, *aurum* ſubducitur, *aqua cœlica* fingitur, liquor auro tingitur, rei pauxillum additur, fraudi plurimum, famæ parum. Hic autem *elementum* dicit *calidum frigido & humidum ſicco in auro optimè contemperatum*.

Bac.ſap.vet.c. 26.

Hic.pag.28.

A ſuis carbonarijs carbonem nigrum caueat, qui elementa, temperamenta vel illa ſupputet, vel putet vlla. Nam illa an ſint, an alia; & illa quot, & qualia; illorum μίξεις, κράσεις, συζυγίαι, μεταβολαὶ, actiones, reactiones; an ſint in mixtis, an actu, an potentiâ, an formæ, an qualitates, an totæ per totas, an per partes; in ſcholis Phyſicorum vt vt trita, & medicinæ alphabetica; analphabetis tamen Chymicis vel ſunt nefanda, vel ne fando quidem audita. Vt autem elementum *in auro calidum*, vel ἐνυπαρξία ἀντιπαχὰς, *aduerſus ignem protegat*, nihilo faciliùs expediet, quàm cur *Pyrauſta in igne*

Plin. nat. hiſt. l.11.c.36.

*viuat*,

*viuat, extrà emoriatur*; cur vt *buxum durities*, sic & *ligna* L.16.c.16.
*& vestes oni perfusio ab igne tueatur; cur linum viuum Indiæ* L.19.c.3.
*asbestinum, melius iniuriâ, splendescat igne, ardendo viuat,*
*ἀσβέστοις ignibus non absumatur*; cur Ætites igne deperdat ni- L.19.c.1.
*hil*; cur demum *in dextro pede Pyrrhi pollex, lienosorum me-* L.10.c.3.
*dicus, cum reliquo cremato corpore non sit absumptus*; vt &
nostri *pollicis osiculum, Luz dictum Hebræis, resurrectionis* L.7.c.2.
*nostræ seminarium, nulli corruptioni obnoxium, ne igne qui-* Agr.occ.ph.l.
*dem peruincatur*; & *Hirpiarum familiæ, annuo in sacrificio,* 1.c.20.f.
*super ambustam ligni struem ambulantes non adurantur*; in Riolsch anat.
illis si Plinio, in penultimo Agrippæ & iuniori Riolano p.155.
habeatur fides. Sin elementa Chymicorum magis sapiat
(quorum *ἰμογενῆ* quin ponam elementa, duo Græca, *ἀμα-*
*θίαν, ἀναίσθητον*, duo Latina, desipere, decipere) *metalla om-* Par.parag. c.
*nia* (vt omnia) cum constent Paracelso *è sale, sulphure*, de philos.
*mercurio*, (sed salem non habet Quercetanus, Libauius, Que. resp. ad
cæteri) & *ignis perimat, denigret, alteret, comburat minera-* Aub.p.31,
*lia propter admixtum sulphur*, aut non erit in *auro* sulphur, & Lib.com.met
sic erit in *auro* vnum principium, argentum viuum, & sic l.1.c.1.
ex vno vnum; aut *ignis* malè habiturus *aurum*, sulphur Moresmet.c.
quòd habeat. Sed quia Quercetano *perfectum aliquod me-* p.33.
*tallum dici non poterit, nisi à quo separatum fuerit ipsum sul-* Querc.ib.
*phur, solum aurum asseritur expoliatum omni sulphure, quâ*
*ratione est immune ab omni corruptione, & in igne, & extra*
*ignem.* (Tam non corrumpat vtinam, quàm non corrum-
pitur.) En aduersariã allatæ rationi, sed æquè verã, vt non

*Compositus melius cum Bitho Bacchius.--* Hor.l.1.sat.7.

Nam ipse ex auro vt eruere post Paracelsum docet tria Quer. tetrad.
principia, vitriolum seu salem, sulphur, & mercurium, si v- c.32.
num relinquatur patiens, idque metaphoricum (*argentum* Resp.ad Aub.
*viuum*) exulet *sulphur* agens, idque non vulgare, *sal* in auri ib.& post.
principijs ne nominetur quidem? Sic pugnant ipsi secum;
sic pugnent illis alij. Quin illa aërea, vel ignea, vt indure-
scant, vt concrescant, durum videtur, si non mirum. Quin

P.45. Ad Riol.p.21 ipſa cum in mineris nudâ potentiâ, non actu inueniantur (quod enim non eſt, quis inueniet?) *nec in natura ſua, ſed in natura terræ* (vt ipſi loquuntur) quo modo metallorum proxima materia poſſunt eſſe? aut tantùm poſſint eſſe, ſed ne ſint vtique, vt ſyllogizat Moreſinus. Sed de his elementis poſthac plura. Chymiſtis interim (penè dixeram, Chimæris hominum) vt aquâ & igni interdicatur, æquum exiſtimetur, qui metallorum elementis & aquam & ignem interdicunt. Sed *Auri* maieſtas regia fruatur priuilegio, vtcunque aquâ Regis colliqueſcit, at ne lædatur vel ab igne, cum hoc elogio Philoſophi, μόνον ἀ πυρῶνται, hoc Poetæ,

Mor.met.cau p.30.34.

Ariſt.met.l.3. c.6.f. Augur.chryſ. l.1.

*—vni nil deperit.—*

Hic autem Hermaphroditus (acſi conflatus ex Hermetico & Ariſtotelico, nec tamen ſapiens alterutrum) præ *auro* ſuo amaſio, præcipua Naturæ fundamenta, firmamenta, emolumenta, ornamenta, munimenta, monumenta, quatuor nimirum elementa, non dico priuat, ſed deprauat, delumbat, demolitur. Nam & *reſiſtit aëris corruptioni*. De *aëre, corrupto, corruptore*, vt Lipſius de *vulgo* loquitur. Sic ſunt nimirum elementa, olim vt ſenſimus, ſic ſunt ex elementis pleraque, vt experimur hodiè; ſi propugnant, apprimè neceſſaria; ſin oppugnant, valdè nocitura; gladij, ſed ancipites; phalanges, ſed ἀμφίστομα argumenta, ſed ἀντιστόμωτα. *Ignis*, ſi fauet, quid fouet amabilius? ſin *furit* (quod *furens* dicit) quid vrit horribilius? *Aqua* refrigerat, quid blandius? ſubmergit, quid aſperius? *Terra* ſuſtinet, quid fructuoſius? premit, quid oneroſius? *Aër* reficit, quid ſalutarius? inficit, quid peſtilentius? Fulmen eſt, aut expiat, aut obruit. Iuno eſt, & Heben parit, quâ vigemus; & Martem, quo perimus. Apollo eſt, & ἀπόλλων, & ἀπολλύων, interitum receſſu, ortum acceſſu afferens. Præſidium, ſi purus, tenuis, apertus, ſerenus, temperatus: pernicies, ſi impurus, craſſus, nubilus, circumeluſus, computreſcens. Cætera deligere, dum placeant, potes; ſi diſpliceant, potes defugere: at

Lip.l.1. ep.19.

Pa.Iou emb. Na. Com. myth.l.2.c.4. Plat.Cratyl. Ariſt.ort.int. l.1.c.10.

Gal. meth. med.l.9.c.14.

at *aërem* deligere fortaſſis potes, vt purus, ne impurus; de- Loc. aff. l. 6. c. 9
fugere ſine dubio non potes, vt nullus, ne qualis qualis Ficin. ſa. tu.
hauriatur. Non hauritur? mortem affert: hauritur inſalu- ſtud. l. 2. c. 18.
bris? morbum infert: hauritur ſalutaris? vitam profert,
morbum aufert. Nec tollis morbum ſine illo, nec tueris
ſine illo ſanitatem. In *aëre, habentem mores varios*, id di-
cas Martialis, quod alius in leguleium,

*Difficilis, facilis, iucundus, acerbus es idem:* Mart. l. 12. ep.
*Nec tecum poſſum viuere, nec ſine te.* 47.

*Corruptionis* verò *aëremhic* primò cur inſimulat? Si *aër* phi- Cardan. ſubt.
loſophis *ad generationem aptiſſimus*, ineptus eſt, *corruptio-* l. 2.
*nem* qui inſinuet: ſin illis *ad generationem non neceſſarius*, Scal. exer. 10.
non neceſſaria *corruptio* cur huic ingeritur? Si *aër* Hippo- 27.
crati *ἀθανατόν τι καὶ πάντα νοῦν, & immortalis eſt, & omnia in-* Hip. carn. c. 1.
*telligit*, ſi *motum exhibet & ſapientiam*, ſi *author omnium* mor. ſac. c. 12.
*& dominus*, ſi *curſum conſernat Solis perpetuum*, quàm ni- Flat. c. 4. 5.
hil intelligit mortalis iſte, quàm fruſtrà mouet, quàm non
ſapit, vt eſt rebellis, vt corruptus, qui *corruptum* ſolummodò Alem in Hip.
epitheton aſcribit *aëri*? Si *aër cæleſtis nuncius* Ægyptijs, de aër. præſ.
*cognatus humano corpori* Galeno, *ſpirituum ventilator* Fer- Gal. ſan. tu. l. 1.
nelio, ſit hic indignus hauſtu *aëris*, inhumanus, impurus, Fer. phyſiol. l.
*corruptionem aëri* qui ſolam obijcit. Seu verum ſit ex parte 6. c. 18.
alterâ, quod Scaliger, ſeu quod ex altera Cardanus aſſerit, Card. ſubt. ib.
*immotus aër* quòd *corrumpat, conſernet quis mouetur*, (mo- Scal. ſubt. ib.
uetur autem ſemper elementum aëris) quòd *circumcluſus* ex. 31.
*corrumpat animalia, conſernet alia quæ carent animâ; liber* Nobil. ex. 4.
*corrumpat iſta, ſed conſeruet illa*; vterque tam pro *aëre*,
quàm contrà loquitur. *Corruptionis* autem nomine, hic tam
quòd corrumpatur, quàm quòd corrumpat, arguit. Nec
enim corrumpet, niſi corruptus. Hic niſi corruptum, ni-
hil. *Corruptionem* verò *aëris*, vt mox *aquæ putrefactionem*, cum
dicit; diſtinguat, vt doceat (ſi Doctor eſt) an dicat diſertè
φθορὰν, an κακρασίαν συντροφίαν, an συμφθορὰν? Nam & hæ diffe-
runt, & vix de vllo hic harum vllam cuiquat elemento: vt

Arist.met l.4. c.1. vt Philosopho, σύστασιν πάντα τὰ ἄλλα, πλὴν πυρὸς, ex quo hic hæc discat, quæ adhuc nescit. Deinde de aëre determinet, an totus, an solus, an simplex, an κατὰ μέρος, an κατὰ συμβεβηκὸς, & quibus de causis, modis, corrumpat, corrumpatur. Demum de suo promat subtile aliquid vel philosophicum, Cardani instar vel Scaligeri, vel Auicennæ, Raimundi, Cacophrasti è Colcodea, auro ab aëre quod immineat periculum, quod indicatur prælium, magis quàm lapidi, argento, gemmis, metallis solidis & mineralibus; & id qui propulsetur, exantletur, superetur, ab illo magis, quàm ab illis. Enodet priùs hæc

Virg.ecl.3. —*& erit mihi magnus Apollo.*

Colum.l.7.c.2 Gal. Mar. pro. doct. c.28. At & *resistit ærugini terra. Terræ æruginem* quis vnquam tribuit? quis audijt æruginosam? Ferro ferrugo, æri *ærugo*, vtrique rubigo à Grammaticis ascribitur; & fortè *ærugo æri*, quòd *æris & æris* sit Galeotto *idem sonus, idem ferè sensus.* Huic verò hoc nomine id Martialis conuenit,

Mar.l.2.ep.61 5. *Veteris ore aliter nimiâq; ærugine captus,*
*Allatras nomen quod tibi cunque datum est.*

sed vt addit Horatius,

Hor.l.1.sat.4 100. —*hic nigræ succus lolligiuis, hæc est*
*Æruginosa mera.*—

Hic.præf.lin.6 Sed hæc vt illi competit, sic per metaphoram illius *tritico* seu *segeti*. In terrã durior transfatio. Nũ æs è *terra* quòd eruitur, *ærugo* in *terram* irruet? Quin aurum è *terra* quòd extrahitur, auruginem seu morbum regium ab illa contrahet, aut illi impertiet? At æruscator hic, θηρίον ἰοβόλον, ἰοβόρον,

Dios.l.5.c.91. 92. ærucam seu *æruginem*, non modò cum suis metallurgis, sed

Plin.l.34.c.11. 12. cum Dioscoride, Plinio, non modò ξυστὴν fictitiam, factitiam, fusilem, adulterinam, sed genuinam è Cyprijs metallis, è lapidibus, è speluncis, & σκωληκίαν fossilem eliciet, vt *terræ* virus affiet. Vetus querela Matris magnæ in tales

L.2.c.63. terræ filios seu γηγενεῖς quòd *mitis, benigna, indulgens, vsus mortalium semper ancilla, bonâ fide creditum fœnus reddit,*

Quod

*Quòd pecori frondes, alimentaq; mitia, fruges*
*Humano generi,—* Ouid.Met.l.2.

imò & *malorum genuit remedium, quod illi fecerunt vita venenum*: illa *illorum nomen prorogat*, illi illius Threicijs inurunt notis; & *inter crimina ingrati animi hoc ducit, quòd naturam eius ignorant; suis illam criminibus vrgent, culpam suam illi imputãt, rerum naturæ elementa inficiunt, ipsum qua viuitur aërem in perniciem vertunt, nec vllum aliud abominati spiritus præmium nouere, quàm odisse omnia*, nosse pauciſſima. In illam ergo apage, Plin.nat. hist. lib. L.18.c.1.

*— viridi tinctos æruginе versus;* Mart.l.10.ep. 33.5.

quos non inuidia, sed inscitia, excuderit, effuderit. Nam si exponat *aërem corruptioni* (siquid aliud) humiditas, caliditas, raritas, tam corruptæ filiolæ sat castæ matres, ne

*— mordax æruginе voret,—* Sedul.

imò ne violet hanc Bonam Deam, obstabunt & præstabunt ipsius siccitas, frigiditas, crassities, præstantes animis & armis vindices. Quin si ex illo Naturæ penu inexhausto tot depromantur, imò exurgant indies (plusquam ex Indijs) non modo ὄρυκτὰ, sed μεταλλευτὰ, imò nec φυτὰ (quamuis hæc omnia agnoscant *Terram* parentem, nutricem, patronam, πλουτοδότειραν suam) sed quas non alio condecorauit nomine, quàm suo, *Terræ*, cæque ἀλοξίκακα, ἀλεξιφάρμακα, ἀλεξητήρια, quæ dolent deleteria, vt multæ veteribus, plures recentioribus Sigillo comprobatæ; num *terra* vel tam impotens, vt ab *æruginе* se non defendat? vel tam impura, vt partum aureolum fœda *æruginе* aspergat, polluat, contaminet? Haud dixeris. Quin è Catone Plinius, cum *terræ* vitia enumerat, & multa numerat, sed multa paucis (vt *qui plus dixerit vnâ significatione, quàm possit vllâ copiâ sermonis enarrari*) de eius *æruginе* ne verbum quidem; vt quæ illi ab ære, non *terra*, deducatur; in illo, non hâc, hæreat. Verùm hic Dioſc.l.5.ac 170.ad 182. Scal.subt.ex. 33.2.93.94. 347. Plin.l.17.c.5. L.34.c.11.12.

*— ignorat, quid distent æra lupinis.* Hor.l.1. ep.7. 23.

Quin

Cæl. Rhod. lect. l. 6. c. 2.

Quin si *æris appellatione auru n etiam continetur* iurisconsultissimo Vlpiano, etsi hic in meo non sit ære (in alieno forsitan) illum tamen lacessam ære suo, & petam ab illo, cur *aurum* magis *terræ ærugini*, quàm *auri* aurugini resistat *terra*? si in quouis metallo quoduis insit metallum secundùm magis & minùs, vt tenent metallurgi, cur magis cum ære pugnet aurum, æs auro quàm repugnet? Habent hæc symbolum; & capiat à Glauco Diomedes,

Hom. Iliad. ε.

χρύσεα χαλκείων. —

Aurum auro conglutinat ex ærarijs chrysocolla: nec aurum vt adurat, nec vt erodat, nec vt inquinet, se offert vspiam *ærugo* æris, nedum *terræ*: nullam vim inferenti, nullum offerenti vitium conciui quis resistat? Qui pugnam somniat, edormiat victoriam: qui cum laruis luctatur, triumphet cum lemuribus. At & *resistet aqua putrefactioni*. Misella elementa, in quibus ne *aqua* quidem benedicta euadit illibata, nisi & illam diabolus aspergat maculâ. At Pindarus cum prædicat χρύσου μεγάνορα, præfigit illi Ἄριστον μὲν ὕδωρ. Nam prima mater auri, imò & proxima materia metalli cuiuslibet, seu sit *aqua* cum terra (quam chymici, vix propriè, vocant ὑδράργυρον, etsi in eo tam *aqua*, quàm argenti meminerunt) seu *aqua perpessa*, *aqua limosa*, *aqua viscosa*; seu demum Moresino, *aqua limpida*, *pellucida*, *transcolata*, *nullius viscositatis*, *pinguedinis*, *aut limi particeps*, *apta coagulari*; omninò *aqua* est, à qua sunt omnia (quod & fatetur Paracelsus) tum mineralia, tum metalla. Hinc vna Sapientibus aquæ natura cum natura materiæ, & idem verbum (ὕλη) apud Syros aquam, apud Græcos designat materiam. Hinc & Oceanus rerum pater ἄφθιτος, & Amphitrite mater ἀπείριτος, & fluuij θεῶν γένος: imò (si rectè quidam philosophentur) & terram humectando mater est, & ignem refrigerando pater est; quòd illa, nisi irrigata, nihil profert; iste, nisi temperatus, nihil confert. Hinc *elementis cæteris hoc imperat*; *in cœlum migrant aqua*, *& herbæ*

Pind.

Mor. met. cau p. 35.

Par. param. l. 2. c. 2.

Caus. mor. inuis. l. 4.

Scal. subt. ex. 39. f.

Orph. hym. & Argon.

Theocr. bubulc.

Magyr. phy. l. 3. c. 4 f

Plin. l. 31 c. 1.

*bis inde animam vitalem deferunt, vt fruges gignantur, viuant frutices.* Sic æquus in aquas Plinius; quum æstimator iniquissimus, hoc solùm obijcit, quòd *subeant in imbres, rigescant in grandines, tumescant in fluctus, præcipitentur in torrentes.* Illotis verò manibus hic accusator (cui aqua tum fusa, sed nunc hæret) primo ictu impingit in *putrefactionem.* O caput putidum, os putridum, cui putet, putret, putrefacit hoc putum purum elementum, L.2.c.63.

— ἀβλαβὶς ὕδωρ Theocrito, *pura vnda* Virgilio, Theoc par. Herc. Virg Æn.l.6.

*sacra* Horatio. Num Xerxi vapulat sic Hellespontus? *Ad aquam malus*, amandetur: lustrali saltem aquâ, quâ par est, irroretur, quâ potest, expietur: sed illum Hor.l.1.od.1.

*Quis Tanais, aut quis Nilus-*, &c. vt est apud furentem. At & Horatio Sen.Her.fur. fc.vlt. Hor.l.1 sat.5.

— *vilissima rerum est aqua*; sed *venit*: & Ciceroni *inquinata*, sed *cadaueribus*: non *Ciceroniana* Plinij: quot, quoties, corruptæ, infectæ, leguntur, audiuntur, Plin.l.31.c.2.

*Et capiunt vitium, ni moueantur, aquæ?* Ouid.Pont.l. 1.el.

Sed huic occurrat huius illud,

*Vertitur in teneram cariem, vimisq; debiscit,*
*Siqua diu solitis cymba vacauit aquis.*

Hic ergo, vt Næuius,

— *vnctam Conuiuis præbebit aquam*,— Hor.l.2.sat.2.

vt camelus, non nisi turbatam bibet: propinat enim *putrefacientem.* Certè, inquit Cardanus, *aqua corrumpitur, sed ab his præcipuè quæ ab aqua corrumpuntur: nam corrupta corrumpant est necesse.* Sed & quiete nihil deterius ad corrumpendam, vt nihil ad purgandam motu melius: sed motus serò aquam purgat, quies celeriùs corrumpit illam. Card.subt.l.13

At Scaliger ad prohibendam *putrefactionem* vt motum *aquæ* tribuit, sic motus causam duplicem, τὸ ἐξ ἀνάγκης, ἢ διὰ τὸ βέλτιον, & finem addit duplicem, vt se conseruet, nobis sit vsui. Sed elementum *aquæ*, vel purum quoduis aliud, vt *putrefaciat*, vel putrefiat, quid sit putrescere, quid *putrefacere*, Scal.subt.ex. 41.

ex illis qui didicerit, cum illis doceat, vix posse fieri. Mixtorum siquidē putredo vera: vt mixtis permista putrescet *aqua* forsitā, sed κατὰ μέρος, ἅπαντι δὲ, ὐ. Nam vt putrescat penitùs, à sicco (quod non inest) est separandum humidum (quod nunquam abest) ab externo calore (quem ægrè admittit) pellendus internus calor, quem nunquam concepit. Sic & vt *putrefaciat*, vt calor sit oportet τῦ περιέχοντος (à quo, dij boni, quantum abest?) & à calore ambientis, ipsi frigiditas, quæ ex sepotiùs & est, & semper fuit. Tum sui simillima, cum frigidissima, ne calefaciat, nedum *putrefaciat*: tum in se validissima, cum humidissima, ne exaresc at, nedum putrescat. Vno verbo parit, nutrit, purgat, ergo
Ex 60.3. non *putrefacit*. Nec agit in seipsum, nec in *aurum*. Nihil
Ex.51. transmittit, nihil admittit, dum *aqua*, peregrini, non ergo *putrefacit*, non putrescit. *Aqua* plurimæ salsæ; resistunt ergo strenuè putredini: at si in *aqua* regia sal ammoniacus, illi ægerrimè resistet *aurum*; nec tamen inde putrefiet. Hic autem Momus, rerum principia & principes in operis principio qui carpit, rodit, vellicat, non

Hor.l.1.sat.3. 43. —*pater vt gnati*,—
*Si quod sit vitium, non fastidit*,—

sed patris benefici & benedicti, vt Cham maledicus & maledictus filius, pudenda profert, ostentat fratribus: imò, vt
Suet.Ner.c 34 matrix Nero, matris excindit vterum, quam fuisse tam pulchram nescijt; conflatus forsitan, ex *igne furioso*, *aëre corrupto*, è *terra* cariosa, ex *aqua putrefacta*, vt *aurum* ab illis suum vindicet, qui se non potest. Quidni à Crollio hæc mutuatus,
Crol.bas.chy. p.206. illius recinuit ὁμοιοτέλευτα; *Ne possit ignis violentia separare, nec terræ fœculentia vitiare, nec aquæ limositas contaminare, nec contactus aëris obumbrare*. Facessat hirudo, cucurbitula, quæ non nisi pessimum exugit sanguinem. Facessat postica, κῶλον, dum nisi fœces, flatus, fœtores, nihil euehit.
Varr.Lipsl.1. sp.36. Facessat canis categoricus, elenchicus, qui, nisi sordes, nihil venatur, vorat, vomit. *Cave, cave canem, qui Oculum habe*

*bet flammeum, plenum odio & inuidiâ, Quemlibet mordet,—* Greu. ven. l.1. c 35.
vt ex illo Greuinus. *Virtutes inuertit,—*
*Sincerum vas incrustat.—* Hor. ib. 55. 56
Mercedem reportet ex imprecatione tragica,
ὅλοιο θνητῶν ἐκλόγων τὰς συμφορὰς. Plut. de curios
Sed quò tandem *suadit resistens* hoc athleticum, pãcraticũ,
*— quod nec Iouis ira, nec ignes* Ouid. met. l. 15. f.
*Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas?*
*Quod non diruerint innumerabiles* Hor. l. 3 od. vlt
*Annorum series, aut fuga temporum?*
Imò, quò non euadet inuadens hoc heroicum, Herculeũ?
*Aurum per medios ire satellites,* Od. 16. 9.
*Et perrumpere amat saxa potentiùs,*
*Ictu fulmineo.—*
*— plurimus auro* Prop. l. 3. el. 13
*Venit honos, auro conciliatur amor.*
Verum est τ' ἀργύριον — verum est itidem Comic. vet. Or. Ap. Phil. Mac.
ὁ χρυσὸς ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.
Verum est ἀργυρίοις — verius è tripode oraculum
χρυσοῖσιν λόγχαισι μάχου, ἢ πάντα νικήσεις.
Sic enim & in *aurum* versus in Danaës reclusæ sinum impluet, & *auro* onustus asinus in arcem ascendet inaccessam. Sed huius (heu) interriti, inuicti, incorrupti, quod *igni, aëri, aquæ, & terræ restitit,* huic paulò pòst sufflони, cinifloni, *corpus in calcem* subigitur, *compages soluitur, forma destruitur, membra disrumpuntur, euocatur essentia, & separatur anima.* Hic c. 4.
At hîc in ius vocatur, & sistitur *iudicio.* Sed
*— auro venalia iura:* Propert. ibid. Hor. l. 2. sat. 3. 95.
*— diuina, humanaq; parent:*
*Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.*
Si res iam iudicata, præiudicium tollet *iudicium*: etsi adhuc iudicanda, vtcunque *causa, casus, cura,* & *ius* ipsum *anceps* dici possit, imò & de iure disputationes *ancipites, anceps* tamen *iudicium* dici non debet, nisi ab eo, cui in *ancipiti* an sit

*iudicium.* Nam (criſes medicas vt taceam, quas iſte parum
Scal. ſub. præt. Ex 256. Ex. 307. 5. ſapit) ſi *ſapientiæ* eſt *animæ* Scaligero *Iudicium*; ſi *Prætor eximius inuenta qui perpendat*; ſi *pars, vis, actio ſuprema animi*; ſi *eruta è ſuarum cauſarum inuolucris, repetitâ perpenſione exagitet, reuocet ad Lydium lapidem, aut ad incudem, aut ad ignem*, id eſt, ad reflexionem rationis, metallorum more, quorum probitas & puritas Lydio lapide, incude, igne exploratur; ſi factâ euentorum fortunarumque comparatione, deligat quod electione dignum, abijciat quod eſt indignum, ventilet contradictoria; ſi ſint ſub eo λόγος, λογισμὸς, συλλογισμὸς, quæ exponat ratio, quæ diſponat conſideratio, quę componat ratiocinatio, quid pòſt vel anteà, hoc modo vel illo, in hoc vel illo cenſendũ, ſentiendũ: indignũ ſanè honorariâ, cenſoriâ, dictatoriâ, conſtantiâ, prudentiâ, authoritate, à quâ vlteriùs non prouocandum, appellandum, vt quaſi nullius *iudicij*, hæreat vel pendeat *anceps* animi, titubet, vacillet, fluctuet, duabus ſellis ſedeat, vtrinque anſam præbeat, ſic ſit ἀμφίδοξον, ἀμφίβολον, vt Amphiſbæna, vtrinque caput, vtrinque cauda, vt ἀμφίβιον, nunc in aqua, nunc in terra, ἀλλοτρόσαλλον, vt album an atrum ſit neſcias. Diſcernit imò, vt decernat; nec vltrà diſceptat, ſed definit; nec quærit vltrà quæ iam inuênit, ſed inuenta diſpoſuit, diſpoſita conſtabiliuit, κυρίως δοκιμάζει, vt ſtatuat κυρίας δόξας, tulit, nec mutat ſententiam Perſis irreuocabilem. Hippocrati, vt præceps occáſio, ſic *anceps* experimentum, quale Empiricorum: at difficile *iudicium*, quale Dogmaticorum: διὰ τὸ δυσκατόρθωτον Galeno, διὰ τὸ δυσκατάληπτον Philotheo: quia δυσθήρατος ἔχει ἀλήθεια, vt ille concludit ex præmiſſis, quod recti eſt *indicy*. Sed quod eſt iſti ἀμφισβήτημα, κριτήμενον; quæ controuerſia? nimirum duplex. At de priore nemo dubitat, nedum *eruditus*, è rudimentis qui exceſſit. Eſt ille igitur, in illa qui *fundit vocum turbas, verborum volumina, & inuolucra ſenſuum, ſine controuerſia diſertus*, vt rhetor olim dixit. Extruxit ſibi ſtadium imaginarium:

Hip. aph. 1. ſ. 1
Gal. Phil. } com. ib
A. Gel. noct. At. l. 9 c. 15.

rium: insumpsit illi studium non necessarium. Nec enim opus, aut iste è Quercetano, aut Quercetanus ex antidotarijs Galenicis, battologiâ, tautologiâ inuisâ, inuidiosâ, paginas impleat, lectores obtundat, iterum atque iterum cõmemorando, in quot, quotuplices antidotos, non *aurum* modò, sed cætera ferè mineralia *subacta*, & olim sint adhibita, & tutò exhibita: quàm verò hodie è fumis & furnis chymicis periculosè digesta, pernicioſè ingesta, posthâc disquirere, discutere, erit operæpretium. Prætereo igitur illud *prætereà*; id vnum controuersor, id *aurum in medicinam salubrem, & summarum virium* an *euadat*. Ab eo qui *euadet*,

Hic. p. 22. 23. 24. Quer. tetr. c. 32. Med. prif. p. 34 Spag. præp. p. 79. 84. Pest. al. p. 344. 345. 429 430. Hor. l. 2. sat. 3. 292.

*— dubium, casus medicúsne leuarit*
*Ægrum ex præcipiti.—*

Vota suspendat tutelari Deo.

*Aurum irrepertum, & sic melùs situm*
*Cum terra celat, spernere fortior,*
*Quàm cogere humanos in vsus,*
*Omne sacrum rapiente dextrâ.*

L. 3. od 3. 49.

Id autem *pollicentur Chymici*: qui homines? impostores, præstigiatores, circulatores, veteratores, transelementatores, decoctores, adulteratores, & (Richardus Anglicus vt habet) *truffatores*:

Ric. An. correct. 14. Hor. l. 1. ep. 2. 28. Croll. præf. p. 90.

*Sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoiq;.*

Pollicentur quidem multa, pollent pauca: magna in se recipiunt, de se concipiunt, ab alijs accipiunt, sed cum vel minima suscipiunt, planè πλανοὶ decipiunt.

*Pollicitis dines quilibet esse potest.*

Ouar. am. l. 1

Montes pollicentur aureos, sed cum

*Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus:*

Hor. art. p. 139 138.

de horum quolibet vt inferas,

*Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?*
*— qui eorum ludit hiantem.*

L. 2. sat. 5.

Petr.rem.fort. l.1.d.111. *Dic* (monet Petrarcha) *vt ea præstet sibi, quæ promittit tibi: spondet tibi aurũ suum* potabile, *cum tuo fugiet* portabili: en quid faciat putabile. Præ se fert, de se refert, se præfert medicũ non modicũ, vnâ plus literâ quàm medicũ inuenies, mendicum scilicet. Quanto ad spẽ ferendã impudentior, tanto ad rem gerendam impotentior. Ter.Phor.act. 5.sc.6. *Quin tu pollicitationes aufer, & quod fers cedò.* Verè de illo Mantuanus:

Bapt.Man. ecl.6. *Quærit opes, vbi nullus opes inuenit ab æuo.*
*Quid leuius? quid futilius? quid inanius vnquam?*

An auguratur ille veriùs?

Augur.chrys. l.2. *Multaq; polliciti vanè, quæ multa nec ipsi*
*Resciuere, nec est illis ea noscere promptum.*

Et vt de illis ille,

Mant.ib. *Omnia pertentant, & aguut nihil, omnia versant,*
*Semper agunt, nunquam peragunt.—*

Sic alter, sed quis nescio

*Spes Chymici vanas buccis mendacibus inflant,*
*Dum metamorphosis fingitur ἀδύνατος.*
*Mel in ore, verba lactis; videte:*
*Fel in corde, fraus in factis; cauete.*

Ioan.22.Extr. *Spondent, quas non exhibent diuitias, pauperes Alchymistæ,* vt Papa publicè diues perhibuit. Verùm de pseudochymicis, seu parachymicis hæc dico. Age ψεῦδος præcedat, subsequantur *chymici:* παρὰ (vt in Paracelso, eiusque Paramiro, Paragrano, Paradoxis) falsum aut præposterum significet, subiungantur *chymici.* Nam meliores nihilo fatentur rei, Paracelsitas Libauius, Libauianos Michelius, Paracelsicos & Libauianos nepos Palmarius: hos omnes schola Parisiensis. Non dico equidem chymiatros, Galenochymicos; è quibus esse peruelim, nec quin sim dubito: nec enim illi ista *pollicentur, pollicendo* pelliciunt in fraudem rerum imperitos. Sed *de hoc* (de quo scilicet? an de *iudicio ancipiti?* nec est otium, nec animus: an de *auro* putabili? vix arbitror: *potabili?* ægrè id auguror: portabili? valdè

Libau. ep.alch. in Mich. Iof.Mic.apol. chy. Pet.Pal.lap. phil. laur. } falsi parachymici

dè assentior) *conflignnt milites*; quorum quidem *confligere*. Sed quid Musis cum Marte? medicis cum *militibus*? Arithonio heremitæ cum Antonio triumuiro? At interdicit Spartacus ipsis *militibus*, ne aurum habeant: & *militi* Themistocles permittit, aurum tollat, at non tollat Themistocles. Plutar.

*Nec mi aurum posco* — Cic. Off. l. 1.

vox digna Pyrrho,

*Non sò, se miglior Duce, ò Caualliero.* Pet. tri. fam. c. 1. 99.

At dum *confligunt milites* de potiunda Thaide, hic *erit post principia*, ipse *sibi cauit loco, inde signum dat omnibus: hoc idem Pyrrhus factitauit*. Imò *euadet* è *iudicio* cum *auro* suo ad *medicinam* epotandam; vt satietur *auro* Crassus, *aurum* qui sitijt. At videat ne *milites* illum euiscerent, vt Romani Iudæos, qui Hierosolymis profugerant *auro* in ventrem condito, illumque *inuertant totum sicuti intestinum in Macello*, *vt* ipsius *ipsissimis verbis vtar*. Nos verò qui sub Galba, imò sub Galeno, militamus, syllogismorum sagittis vel auri Solem obscuraturi, rationum exercitu huius arietis seu aurei velleris Hellespontum exiccaturi, congredimur, instamus, premimus, Ter. Eun. act. 4. sc. vlt. Ioſ. bel. Iud. Hic. c. 3. p. 29.

— *pede pes, denſuſq; viro vir*, Virg. Æn. l. 10

quibus non vincere probro; contra terrigenam malorum aureorum custodem Anteum ἀλεξίκακοι ἱρακλεῖς, contrà versatilem malarum artium Protea intelligentes Aristæi, illum vincentes, istum vincientes; illum in aëre aduersæ rationis, istum in antro abditæ experientiæ; nec, nisi *auro* puro putoque, adeóque obryzo, in stipendium, adeóque compendium soluto, soluimur. At *vbi steterit victoria*, huic in *ancipiti*. Siccine?

*Inter vtrumque volat dubijs victoria pennis?* Ouid. Met. l. 13.

Quin plumas interuellit inconstanti Deæ, ne auolet? ita Athenienses. An Mars communis dubius? Quin ἀλλοπλεκτον Deum catenis vincit *aureis*, ne abeat? ita Lacedæmonij. Pausan. Achaic.

Vir. Geor. l. 3. 70. nij. Hos imitare sapiens:

*— ne pòst amissa requiras,*
*Antè veni.—*

Sed chymicas

Æn. l. 1. 436. *— exosa manus victoria fugit.*

At nos nec *ancipiti* credimus, nec certæ diffidimus. Huic autem *non assentiuntur Platonici, non Peripatetica schola.* Hic verò quis, qualis, quantulus, tot, tantis, talibus num audet dissentire? Quo ore? quâ fronte? quàm tatuo, sed fastuoso, fastidioso spiritu? Monarchæ putà Paracelsi; qui *Æsculapium & cæteros ad alcali vsque decoquet, & in reuerberatorio ad extremas faces comburet, Vulcanus sulphur, picem, ac oleum infundet:* quem *Græcus, Arabs, Athenienſis, Israelita, Parisiensis, Montispessulanus, Galenus, Auicenna, Rhasis (quis non?) sequatur vt Monarcham:* Monarcham puto Morionem, quem coronas in soleis, sed pictas, hîc in Anglia, gestasse hic meminerit. Sed hic nec dignus qui illos nominet, nec qui eodem libro nominetur, cur eos tandem nominat, qui *à Platone vtrique*, & olim ijdem, & idem de his sentiũt? quòd *non assentiantur?* In *assentiendo error turpis:* & *falsa assentiri vitiosum:* & *cũ Platone* Cicero *errare mauult, quàm cum Antonio* (quod non est verisimile) *vera sentire;* qui *vt rationem non reddat, authoritate tamen hosce minutos vincat philosophos.* Quid illi significet nomen Antonij, legat Philippicam secundam: quantum in causa valeat Catonis nomen (nec erat Platonis minus) legat orationem pro Murena. Quos igitur tot secula, tot Academiæ, Scholæ, Collegia, tot ingenia, iudicia, Senatusconsulta, intelligendi, philosophandi, recta sentiendi, rectè viuendi authores prudentissimos, magistros peritissimos, fidelissimos duces agnouerunt, coluerunt, conclamârunt, hos & Alchymista & Anthonius, & medicaster & Anthonius, & ἄνοες & Anthonius, *non assentientes Platonicos & Peripateticos*, cum malo omine lapsus in limine,

Parac. paragr. præf.

Cic. leg 2. Acad. q. l. 1. Diuin. l. 1. Tusc. q. l. 1. Nat. De. l. 1.

limine, proclamet aduersarios. Num sustinere poterit? num audet contrà stare? non ipsum prement, oppriment vel ipsa nomina? Vtri vos creditis, vtrumque qui auditis? Num illi *assentitis*, ab illis qui dissentit? Siquid ego sentio, *assentit* nemo sanus: etsi & *Chymicis* sit suus Aristoteles, & suus Plato.

*Picus Mirandula nobilis ille Comes, & Philosophia sacris initiatus, nec non rationum argutijs plurimùm pollens, Peripateticis astipulari videtur. Ille aduersus Auri æstimationem, nonnulla produxit in medium, qualia sunt hæc.* F.A.

*Quòd à Medicis antiquioribus, multa magis laudata sint quàm Aurum, quæ humani corporis temperamento prodesse dicunt magis, & laudata magis ad vitam refocillandam.* 1.

*Quòd plures à Plinio vituperationes Auri, quàm laudationes esse perscriptas animaduertit.* 2.

*Quòd sapores & odores omnium Metallorum sint quodammodo fœtidi, ex sententiâ Magni Alberti generatim data.* 3.

*Quòd Aurum sordet, & tingit manus, & contrectantes inquinat, propter Sulphur quod ei admiscetur.* 4.

*Quòd Dioscorides nullius ex Auro Medicinæ protulerit experimenta.* 5.

*Quòd ingrato sint sapore Metalla omnia, & odore sulphureo, & ideò quòd non possint quoquo modo non obesse ijs, qui ægri decumbunt: tantum abest vt alicuius momenti ad animam suo deliquantes retineant.* 6.

*Quòd nulla Metalla nutriant, cum nequeant concoqui sic, vt in carnem vertantur & sanguinem; Ineptaigitur penitus ad medicandum.* 7.

Probationem verò ex parte oppositâ qui hic aggreditur? nunquid appositè? Primò ipsi opponitur Mirandulanus *Comes* (nam comitatus *Mirandulæ*, Comes Ioannes Franciscus *Picus*) M.G.

*--Clypei dominus septemplicis--* Ouid. Met. l. 15.

an solùm μαλλον, an verò ἰσχυὸς, imò πλεῖστος, sacra qui discat, an faciat, an doceat, *sacris initiatus*, an fortè Rex sacrorum? Sacerdos saltem *Philosophiæ*, *pollens argutijs*, an quę *maturis animis* sint *oneri*, *iudicijs confirmatis dedecori*? *Peripateticis* Scal. Sub. ex. 253.

*pateticis aſtipulari videtur.* Annon & Platonicis? An ſolùm *videtur* nec *aſtipulatur?* an verè eſt συνάταυος, συνέταυος? In *aurum* ille ſeptem intorquet Draconis capita, an cornua? ſeptem effundit plagas, an phialas? Non repeto, ne vulnus adigam interiùs quàm vt ſanari poſſit. De illo ſolùm dicam, illum nec principem, nec præſidem, præfectum, electum noſtræ cauſæ, de ſuo ingenio, ſatis ingenuè, nec nimis ingeniosè, prompſiſſe quod ad cauſam, vt cauſa tulit & occaſio, & telam texuiſſe, quam ægrè retexat textor iſte. Sed nec illi iudicium ſic conſtitit, vt ne inconſtans, credulus, non ſolùm ex audito, quod facilè cuilibet, ſed & ex autopſiâ, quod philoſopho difficile, χρυσοπολίαν aſtrueret: nec iſtum ſic deficit ingenium, vt ne præuaricatorem potiùs apponat ſibi, quàm accuſatorem verum, & ex illo magis exanguia, exanima, quàm quæ neruoſa, ſtrenua.

Io. Fr. Pic. l. 3. c. 2.

F.A. *Hæc præcipua ſint eorum quæ à Mirandula producuntur in redargutionem Medicæ æſtimationis Auri. Plinius autem ac Dioſcorides de quibus mentio fit, in Chymicorũ officinis nunquã verſati, commune iudicium ſecuti ſunt: & de Auro crudo ſententiam tulerunt, veluti & Magnus ille Albertus, ſapores atque odores omnium Metallorũ meritò vituperans. Sulphur enim extraneũ (quod verũ eſt) in generatione Metallorũ ſuperueniẽs metallicis corporibus profundius immiſcetur & tenaciùs iſdẽ adhæret: nec eſt Auru, licet perfectiſſimũ ſit Metallum, immune aut liberum ab omni macula. Medica autem omnis vis, non in Auro illo crudo licet obryzo cernitur, vbi craſſa ſua materia deſultat, & feculentia in profundo adhæret: ſed vbi corporea ſua moles debitâ præparatione ſubacta fuerit, Metallica etiam forma omnino deſtructa, non tantùm ſuperficie tenus ne recrudeſcat materia, ſed verè Philoſophicè, vt ſpirituale corpus enadat, & irreducibile, aut fruſtra ſudas. In Baſilica Chymica nuper edita ſic ſcriptum reperies: Fatentur vulgares Medici Aurum Cor confortare, quod non de communi Auro mortuo, aſpectu ſaltem Cor exhilarante, ſed de Philoſophico, Viuo, Regenerato, pluſquam perfecto, & in omni liquore ſolubili audiendum.*

M.G. Et iſtis tamen vt reſpondet iſte? Ad ſeptem ſigillatim? Et numerus, & pondus opprimunt. An ſine damno concedit

cedit verum, an cum causa negat falsum, an cum acumine distinguit dubium? Nihil profectò minùs. Ἀμίβολος, ἀλόγιστος, rem transuolat, personas inuolat. *Dioscorides, Plinius,* Deus bone, quanti authores, quantæ scientiæ, industriæ, experientiæ scriptores; à sciolo tyrunculo, illorum castra qui vix viderit, nedum transierit, nedum perlustrârit, quàm turpiter, illicitè, immeritò exauthorantur! Quo nomine? *In Chymicorum officinis quia nunquam versati.* Quis ante illos magis? Sentit de illis aliter peritior Libauius; cui hic respondeat. Num hic nouit, quod illi, non dico, norint, etsi nec illud arbitror, sed fecerint, quod nemo sibi vendicet? De illis, si quibus alijs, id solùm dicam, ante illos neminem (semper Hippocratem excipio) de simplici re medica qui plura scierit, potiora scripserit; illorum tantam benignitatem, nihil ut scierint, quod nos nescire voluerint; tantam solertiam, vt pauci post illos scierint, quod illi ignorârint. Illius πλειστάκις πραγματείας Galenus agnoscit gratus: huius immensum studium, qui Græciam & Latium vno volumine cõcluserit; *vetustis nouitatem dederit, nouis authoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubijs fidem, omnibus naturam, naturæ suæ omnia*, omnis, si docta, si grata, fatebitur posteritas. Quis vnquam doctus *Chymicus*, qui non ex illis aliquid? qui non ab illis doctior? In *officinam* ingredi Vulcaniam illiberale forsan sapientibus: nam nihil liberale sapit *officina.* Sed in naturæ adyta quis neget illis aditum? Qui nôrit, quanti Plinio steterit in montẽ Vesuuium inquirere, à *Chymicorum officinis* exhorrescat: quibus pro libro fornax, pro penna forceps, pro charta focus, pro musæo hypocaustum, pro Cyclopibus si non ex luto & argilla ficti, at facti ex sale fine sale, nisi sal sit pro anima; ex sulphure ardentes citò, malè olentes; ex argento viuo, nocentes dum viuunt, ne noceant enecandi: cætera sunt fumus, ignis, cinis; cinis, ex quo, ignis per quem, fumus in quem

Lib. 1. 2. ep. 50. 51. 82.

Gal. simpl. l. 6. c. 1. Plin. ep. ad Vesp.

omnia. Cum his *verſari*, hoc luto volutari, num voluit Antonius Anazarbenſen illuſtrem *Dioſcoridem*, qui cum ipſius Cleopatra familiariùs verſabatur? num nobilem Romanum *Plinium*, qui delegatis officijs, caſtrenſi contubernio, militiæ præfecturâ, acri ingenio, incredibili ſtudio, amicitiâ principum, notus & charus intimè Veſpaſiano, *ne horam quidem perdere, aut lectionem decem verſuum ſuſtinuit*, fecit ſcribenda, ſcripſit legenda, naturæ (præter alia) ſcripſit hiſtorias, opus non minùs varium, quàm ipſa eſt Natura? Indignum, ingratum, inhoneſtum foret. At hi *commune iudicium ſunt ſecuti*. Vix aberrârunt igitur. Si via plana, via ſana; ſi vox populi, vox Dei; ſi ὑφ' ἓξα ῥοῦν τιθῆσι, quid verius, quàm vulgo notius? quid infallibilius, quàm vulgo in confeſſo? Etſi enim *ſcientes, nec placeāt ipſi multis, nec ipſis multi*, vt tradit Triſmegiſtus; & *Seneca neſciat quæ probat populus, at quæ ſcit Seneca non probet populus*; nec boni currus trahat; nec tamen ſine *indicio ad populi iudicium Pomponius prouocauit*; & Plinio iudice, *In ipſo numero eſt quoddam magnum collatumq́ conſilium, quibuſq́ ſingulis iudicij parum, omnibus plurimum.*

Suid.

Plin. l. 3. ep. 5. L. 6. ep. 16.

Ariſt. top. l. 1. c. 1.

Triſm. Pœm. c. 9.

Sen. epiſt. 29.

Plin. l. 1. ep. 17

*Interdum vulgus rectum videt, eſt, vbi peccat.*

Hor. l. 2. ep. 1. 63.

At *tulerunt ſententiam de auro crudo*. Aſſum hic mauult, an elixum? Elixir an eliciet, ne *crudum* deuoret? E *crudo* cum ſit horum tractus, quin *de crudo* ſit tractatus? Excuderunt illi *ſententias*, quales hic aſſequi vix poterit intelligendo, nedum ſcribendo imitari, nedum excogitando æmulari. E *Dioſcoride* quam profert ſententiolam *de auro* ex induſtria? Excoctum nouit *Plinius*, non hic magis. Quid in alterutro quod reprehendat? Alter non memorat, alter *vituperat*; nō ſine *indicio* alteruter: hic vitiligat vtrumque, vtroq; quanto minor? At nihilo maioris apud iſtum *Magnus ille Albertus*. *Illum* an legerit hic, neſcio; non intellexit, credo: etſi nec huic, nec *illi* credam nimis. Magna authoritas, & multiplex experientia cognomen *Magni* fecit *illi*, quem iſte parui

ui pendit: qui, ſi non minor *illi*, quàm huic fides, non minùs, quàm hic iactitat, *inuenit quod quærebat*. At *ille ſapores & odores metallorum vituperat*. Si *meritò*, cur illum iſte improbat? ſi immeritò, quin *aurum* excuſat? Si *omnium*, quin & *auri*? ſi non *auri*, quin excipit? *Vituperat*? an damnat potiùs, qui dicit *fœtidos*? *Sapores & odores* (cognati ſunt hi ſiquidem) vt arguant ſubiectum, in quo manent, ſeminarium, à quo manant, hic fortè neſcit, norunt philoſophi. Philoſophis, medicis, *fœtor* arguit putredinem, in fonte, in fomite, in ſede, in ſegete. Cauſatur iſte *ſulphur extraneum* (*quod verum eſt.*) An *verum* dicit *quod extraneum*? an quod cauſatur? Illius exotericum ſit nobis exoticum, Budæo ἡ ἐξωθεν πασσία. Nec enim θεῖον Chymicorum, nobis τὸ θεῖον Hippocratis, ſed lacus diabolicus. Sin verò *ſulphur* illud, & agens, & coagulans, & pater eſt, quo modo eſt *extraneum*? quo modo *ſuperueniens*? quo modo pars compoſiti? Si *immiſcetur profundiùs*, quo modo *extrà eſt*? ſi *adhæret tenaciùs*, quo modo ſeparatum Quercetano? Si Quercetano pronuba, prodromus, anteambulo *ſulphur*, qui formam metallis, quaſi ſponſam, tradat in manum, quo modo mercurius Hollando *figit ſulphur*, *ſulphur mercurium*, *nec alterum conſiſtit ſine altero*? Hæc tam pugnantia, vt falſa poſſint omnia, plus vno non poſſit eſſe verum. Nempe metalla Chymicis, ſeu ſint perfecta, ſiue imperfecta, ſunt è mercurio & *ſulphure*, ſed illa maturiſſimis, puriſſimis, & præſtantiſſimis, hæc ex impuris, fœtidis, fugacibus, arſenicali vel vitriolato ſpiritu inquinatis. Hinc orta atteſtantur ſuis principijs: νοσῶδες autem & νόσχυλον eſt θεῖον ἄκυρον, quamuis puriſſimum: id verò agens aget, vt ſui ſimile reddat obiectum patiens. At *nec Aurum ab omni macula immune, liberum*: In huius manus quòd inciderit, qui quaſi Harpyia ἅπαξ — *contactu omnia fœdat Immundo*.— Aſperſit *maculas* hic priùs aliquas, ſed *auro* poſtmodùm lituras plures allinet. At eſt huic *perfectiſſimum*. Nil deeſt illi

Alb. M. alchē. præf. Hic. præf. Alb. re. met. l. 3. tr. 2. c. 4.

Ariſt. anima. l. 2. c. 9.

Meteor. l. 4. c. 1.

Bud. cōment.

Moreſ. met. p. 37.

Quer. ad Aub p. 31.

Io. Il. Hol ch. l. theor.

Liba. com. met. l. 1.

Vir. Aen. l. 3.

igitur, nil ſupereſt; ne *macula*: eſt ἀυτάρκης, ἀυτοτελὴς, & quidni ἀυτοκρέατος? Sed vt illi,

Hor. l. 2. od. 16. 27. — *nihil eſt ab omni*
*Parte beatum;*

Sic alteri,

Sen. Tro. cho. 4. *Eſt miſer nemo niſi comparatus.*

Hic *perfectiſſimo* quod addat, nihil videt: ne velit detrahere. Volens, videnſque detrahit. Quod ſtruit manu alterâ, deſtruit alterâ. Detractor, deſtructor. *Vis omnis medica non cernitur in auro crudo.* An aliqua? an cogitatur? quidni egregia? *Ibi craſſa ſua materia deſultat.*

Hor. l. 2. ep. 76. 253. — *Craſſè compoſitum, illepideq́;*
*Bœotûm in craſſo iurares aëre natum.*

An *craſſa materia*, quæ eſt puriſſima? an miſtio, quæ optima? an deſilit? an reſilit. Loquor, vt Cicero: *quis (niſi Antonius) ſic loquitur?* At *& ibi fæculentia in profundo adhæret.* Cic. in Ant. or. 3. Cui? fundo fortè vaſis, in quo excoquitur: emergit verò defæcatum. Nec enim *obryzum* excipit, cuius ne ſemigranulum non ponderi, non pretio, non vſui. Fæces artifex hic colligat, vt fucos inde faciat. Num adhuc *fæculentum*? quod ὄβρυζον, vſtulatum, puſtulatum? num *maculoſum*, quod depurgatum, depuratum, puriſſimum? num *crudum*, quod excoctum? In igne iam conſtitit, examina ſuſtinuit regalia, fortes aquas, quartationem, fulmen, cineritium, coloritium, cæmentum, ſulphur, ſtibium; vt quo probetur, *aut hoc ſit ſatis teſtium, aut neſcias quid ſit ſatis.* At huius auto *corporea ſua moles debità præparatione ſubacta.* Quis obligauit? quis exegit? quis petijt? quid ergo *debitum*? De *mole* qui detrahit, is maieſtati detrahit: qui maieſtatem *ſubigit*, is læſæ maieſtatis reus. Sic aurum, vt ſpiritus (an anima, an ἄμμα homini?) non poteſt abundare, redundare. Iniquè comparatum, ille vt *præparet*, qui malè ſeparet quod optimè compoſitum & comparatum. Nec modò *molem ſubigit*, quæ corpus, aut excoquit *materiam*, quæ ὕλην, ſed

Liba. com. met. l. 1. c. 3. 4.

Cic. fin. l. 2. de A. Var.

*formam*

*formam destruit metallicam*, quæ ἀντίτυπα. En destructorem strenuum: en monstrum informe: en chymicum deformatorem. Romani milites è *malo genere ne relinquendum* conclamârunt *catulum*: iste ex optimo & *formam* censet *destruendam*. Aur. Vict. in Maxim.

*Quis Colchus hæc, quis sedis incertæ Scytha?* Sen. Tro. act. 5.

Egregius *formarum* spoliator, rem eradicat funditùs; *non superficie tenus*. Quo verò nomine, Naturæ delicias, perfectionem, opus Dædalæum, quæ *nomen dat & esse*, quæ *quippiam diuinum* dicitur, quæ facultates elargitur, deformis iste diripit, diuastat, demolitur? *Ne recrudescat*, scilicet *materia*. Maritum nempe amputat, ne vxor virum appetat. An indiuulsum hoc coniugium? Arist. phys. l. 1. c. 9.

*Fœlices ter, & ampliùs,*
*Quos irrupta tenet copula; nec malis*
*Diuulsus querimonijs*
*Supremâ citiùs solvet amor die.* Hor. l. 1. od. 13. 17.

Annon *materiæ* dos illa,

*Virtus, & metuens alterius viri,*
*Certo fœdere castitas,*
*Et peccare nefas, aut pretium est mori?* L. 3. od. 24. 32.

An *materia*, vt Metra,

*Nunc equa, nunc ales, modò bes, modò cervus?* Ou. Met. 8. 877.

vt Proteus,

*— formas se vertit in omnes,*
*Omnia transformat sese in miracula rerum?* Vir. Geor. 4. 441.

vt Augusta,

*Iam lassata viris, nondum satiata recedit?* Iuu. sat. 6. 130.

vt Iberinæ, non sufficit vnus,

*Oeyùs exores, oculo contenta sit vno?* 54.

An *formam* nunc pellicit, nunc pellit? nunc admittit, nunc dimittit, hanc, illam, aliam? quamnam modò excepit gremio, hanc mox *excludit præ amore?* An illam perdit, nec ipsa perit? An *forma* cum agit, vt sit hoc aliquid *materia*, id agit Scal. subt. ex. 307. 27.

git *materia*, vt *forma* ne existat? An *forma* destruitur, quę nũquam generatur? an fatigatur à *materia*, quam reficit? an cadit à seipsa? an destruenti cæditur, an cedit insequenti?

Bac. sap. vet. c. 13. An potiùs, *materia* cum constuprator Chymicus vim adhibet, intendit vincula tenacia, in nihilum vt redigat, illa, formarum periodo decursâ, victa an victrix magis

Vir. Geor. l. 4. *in seſe redit*,— ad se reuertitur, priscam amasiam in sinum recipit? acsi Antonius (sed non tam probus) relictâ Cleopatrâ speciosâ, pretiosâ pellice, rediisset ad Octauãi. Nec enim *materia* sine *forma*, corpus sine vtraque, vnquam aut est, aut esse vsquam potuit. Si ergo *auri forma* vnquam *destruitur*, id *aurum* iam esse desijt: vbi idcirco aurum *potabile*? Aut *aurum* non est, aut habet *auri formam*, intrinsecam, extrinsecam. Sed quousque & quomodo soluatur, pòst viderimus. Nunc hæc acta hic dicit, *verè*, *philosophicè*; sed nec verè dicit, nec *philosophicè*: nisi actum de auro, quod iam, *ilicet*, *periit*, in nihil redactum; vt *solent*, chymici *beare amicos*. Id verò quorsum? vt *spirituale corpus euadat*. Quid? an *per antimonium*, vt Paracelso, vt *ter percurrat septem sphæras, seu cælum secundorum mobilium*! En quò *euaserit*. Hei mihi, quale aurum.

Plut. in Anton.

Lib. l. 2. ep. 84. è Par.

Vir. Æn. l. 2. *—quantum mutatur ab illo?*

Nos verò malumus longum, latum, profundum, trinâ dimensione extensile, *colore vero*, *corpus solidum*, & *plenum* sicci ponderis, cum appendicibus, epithetis, & intestinis omnibus: quale voluerunt, coluerunt, optârunt, aptârunt patres, aui, abaui, ataui, proaui in sæcula:

Mart. l. 13. ep. 2. 2. *Quantum voluerit ferre rogatus Atlas.*

Apage *potabile*; cedo portabile. Etsi conueniat nostro *spiritui* cum auri corpore; huic naturali *corpori* cum artificiali *spiritu* non satis conuenit. Etsi animos faciat, & reddat animam *aurum* hominibus, ipsum est sine animâ, nec amat affusos infusos *spiritus*: & animam si habeat, vt gignat ex se *aurum*, quasi hordeum ex hordeo, id *aurum corpus* est

mole

mole, menſurâ, pondere. Quin *ſpiritum* inueſtigantes, illum inter *animam* & *corpus* Medici, at *animam* inter *corpus* & *ſpiritum* Chymici interſerunt: illi, vt omnia, cum ratione luculenta; iſti, vt cætera, cum ignoratione irridenda. Siue enim per ſcalam Triſmegiſti aſcendimus, à materia ad aërem, ab aëre ad animam, ab anima ad mentem, à mente ad Deum; ſiue per Platonicorum claſſes deſcendimus, à Deo ad mentem, à mente ad animam, ab anima ad ſpiritum, à ſpiritu ad ſyndromen, à ſyndrome ad materiam feremus gradum. Verùm quid rei phyſicis ψυχικοῖς cum Chymicorum phantaſticis πνευματικοῖς? Prudenter fœliciſſimæ memoriæ Diua Elizabetha, *Si meritò ſim ſpiritus, ſpiritualibus curari ſperam; ſed cum ſim corpus mixtum, non niſi corporeis ſanari ſperem.* Tantum Reginæ abſolutiſſimæ diſplicuit diſſolutiſſima Regina Quinteſſentia. In memoriam quod reuocat, quanto ſit melius quod Rex φιλοσοφώτατος nummis inſcribit ſuis, *Quæ Deus coniunxit, nemo ſeparet.* Ne ſit diuortium *materiæ* à *forma auri.* Huic autem non modò *ſpirituale euadit*, ſed *irreducibile.* Quo pergit vlteriùs, eo agit deteriùs. Non modò rem tollit, ſed

Cor. Gem. coſm. l. 1. c. 2. Ficin in Tim. Plat.

*Spem gregis ab.—* Vir. ecl. 1.

radicitus euellit olera; arcem euertit funditus; nec tondet modò Chryſalus Phryxi arietem ad viuam cutim, ſed iugulat, ſed deuorat, propinat epotandum: Geberi carmine,

Plaut. Bac. act. 2. ſc. 3.

Geb. car. 13.

*Vt ſumat potum quod ſcandit ad æthera totum.*

Quàm Circe venefica, crudelior, veneficentior; illa ad tempus homines in porcos tranſtulit, nec mentem abſtulit, at ſuccis melioribus tandem benefica in homines rectos erectos retulit. Hic *auri materiam* attenuauit, molem ſubegit, *formam deſtruxit* penitùs, id egit, eò redegit, eò reduxit, *aurum* ἄβυζον, vt ſit *irreducibile*: nec, malis plenâ Pandoræ huius pixide, Epimethei iſtius imprudentiâ,

*—Intus ſpes ſola remanſit.*

Lipſ pol.l.4. c.11. Apage Lauerniones, Grypos, ait ille ex illo, *qui rem auferunt cum puluiſculo*: quid iſtum, qui aut rem prorſus aufert, aut in puluiſculum reducit nihili, aut *fruſtra ſudat?* Hoc autem Chymico & ſolitum, & debitum. Nam qui quod melius in peius redigit, *fruſtratur* meritò & alios & ſeipſum: id verò ferè Chymicus. *Fruſtraneos labores* ſuos (voce propè ſuillâ) hic in hac cauſa *deplorauit*: concedo igitur, quod hîc concludit, quòd *fruſtra deſudârit*. Nec erat aliud quod expectaret. Nec enim Circe in Vlyſſem Mercurio ſtipatum valuit; nec Chymicus in aurum conſtipatum, cui Moly illud inſitum, hauſto quantumlibet Circæo poculo, valebit adeò quin virgam repellat incantatricem, adeoque

*Non Hydra ſecto corpore firmior*
*Vinci dolentem creuit in Herculem.*

Exclamet iſte igitur cum Tullij Milone homicidâ, *O fruſtrà ſuſcepti mei labores, ô ſpes fallaces; ô cogitationes inanes meæ.* Lapis Philoſophorum (qui magis optio, quàm opus Chymicorum, pluſquam aurum potabile, nam anima & ſemen auri) lapis putetur Siſyphi; quem iſte apud inferos voluendo, reuoluendo, petendo, nitendo, vrgendo, *ſudat, neque proficit hylum. Na iſti magno conatu magnas nugas agunt.* At hic in *Baſilicam* deducit *Chymicam*, ſi dijs placet. Deſcripſi priùs *officinam*; audiui πονηρίστιον, fortaſſe πονηρὸν & πονηρόπολιν,

*—Cyclopum exeſa carminis*
*Antra Ætnæa—* & vbi *—fornacibus ignis anhelat.*

Sed Chymici vt vendicent, vt venditent *Baſilicam*, id *nuper editum*, auditum *nuper*,

*Non equidem inuideo, miror magis.—*

Nimirum, ex quo εἰς πόδος ὑφαιμίνοι, ἀπὸ τίνων ἐνόδων ἐρδοσιν ἀναλαμβανόμενοι, quorum comes inſcitia, magiſtra eſt audacia; quos *perforatas clepſydras ambitionis indeſeſſa* appellat Apponenſis, in aulas Principum, in aures Procerum, in Magnatum

Nat com. myth.l.6.c.6.

Hor.l.4 od.4. 61.

Cic or pro.T Ann.Mil.

Lib.com.met l.4 p.

Ouid.Met.4.

Cic.Tuſc.qn. l.1.

Ter.Heau.act 4.ſc.1.

Vir.Æn.l.8.

Ecl.1.

Hip præc.t. 9.10 leg.t.3.

Concil.diff.1.

Magnatum amicitiã, in gradum & gratiam, ſollicitando, pollicitando, adulando, adorando, fucando, furando ſeſe inſinuârunt, latè patentes, longè potentes, lautè calentes, lætè valentes *Baſilicas* extruxerunt, qui *in caſa furnaria* cum Heracleito σκοτινῷ, & *hic Deos* profeſſi, iamdiu, & iamdudum conſederant. Sed his *Baſilicis*, longè aliter quàm alijs iuridicis vel regijs, num mos, num fas, num ius putatur, è domo accuſatoris teſtes promere, his reum premere, falſarium interrogare de falſario, vt muli ſcabant mutuum? Omnino ἄτοπον quod petitur à teſtimonio, ſed magis ἄτοπον, & planè ἄτοπον quod à domeſtico ſeu ἰωλικῷ argumentum. Hîc ſemel moneo, me facilè, non cum contemptu tranſiturum, ſed ſilentio præteriturum, quos iſte adducit, fortè ſeducit teſtes *Chymicos*, Chimæricos, Cimmerios, eiuſdem farinę, furfuris, familiæ; tum quia tales; tum quòd in iſtum, non in illos ſcribam. Nec verò ex parte noſtra noſtras producam legiones, Galenicas educam copias; ſed arma fortè capiam ab eo quîcum decerto, aut teſtes aduerſarij concludam illinc ſtare, ſed hinc dicere. Vtrumque, ne nimius, ne ſim eneruis. Hic autem pol hoc dedit haud βασιλικὸν, vt agat cum Rege ἰωλικῷ haud βασιλικῶς, extrudat è *Baſilica*. Excludit ſiquidẽ, *quòd cor exhilaret aurum commune*. Id quo communius, hoc melius, addo & verius, agnoſcit ipſum vulgus: Hic addit, *vulgares Medici*. An viliores ideo? Qui placent, qui proſunt populo, ſe præſtent cæteris præſtantiores, & opus, & oportet. Quid in hoc homine, quod non *vulgare*, quo cæteros prę ſe contemnat? Si vulgus illum reſpuat, qui illud deſpuit, qui ſupra vulgus nihil ſapit, erit mendicus infra vulgus, qui non erit *vulgaris Medicus*. Sed & eſt huic *Baſilica Alchymiſtarum vulgus*; in quo & iſte forſitan. At *aurum* nobis *mortuum*. An illi *vivum*? Niſi cauet, aufugiet. Quid *vivum*, quid *mortuum* dicatur iſtis, cum dicant contradictoriè, obſcurè, metaphoricè, nemo intelligat. Me verò pudeat dicere,

Ariſt. par. an. l. 1. c. 5.

Crol. baſchy. p. 202.

P. 6. 77.

cere, non intelligere, si ipsi intelligerent qui ista dicunt.

P.208. P.206. *Aurum* ostentat ille quasi *terrestrem Solem, vitam, substantiam, essentiam vt largiatur omnibus, & gerat proximè Dei imaginem, Naturæ operis perfectionem, imò omnem Naturã, in quo Natura sabbatizat.* Etsi hoc durum, ferè blasphemum, id tamen (puto) dicit, quod est Naturę, non quod artis: id autem sensu *mortuum*; nec meo quidem est hoc

Io. Rup quin. es. c. 3. *viuum*, nedum viuificum. Ioanni de Rupescissa, *Alchymimicum naturam destruit.* At est hoc *philosophicum.* Quod noti Philosophi ne somniârunt quidem, nothi, nouitij non nisi per insomniũ fortasse augurati. At & *Regeneratum.* Sacri vocabuli ad rem prophanam prophana catachresis, sed istinimium familiaris.

Hor. l. 3. od. 1. 1 *Odi prophanum vulgus, & arceo:*
*Fauete linguis.*

Phil. de mund Quin si Philoni ἀμήχανον παλιγγενεσίαν τὸν κοσμὸν λαβεῖν, non minùs & τὸν χρυσὸν. At & *pluſquam perfectum.* Priusquam

Arist. metaph. l. 4. c. 16. Grammaticaster accesserat, à Philosophis *perfecto* nihil addi vel debuit, vel potuit. Si finem sit adeptum, quin quiescit? quin fruitur? quò pergit vltrà? si non sit adeptum, quo modo *perfectum* dicitur? Etiam Grammaticastris supra superlatiuum nihil; summo superius.

Ou. trist. l. 3. el. 11. *Quis gradus vlterior, quo sese exporrigat aurum?*

Brac. Dem. dial. p. 409. An hoc opus supererogationis? hic thesaurus ecclesiæ? Nempe *perfectius quàm est elixir*, vt Geber loquitur in Dæmogorgone. At & *in omni liquore solubile.* Hoc illud *solidissimum?* Quousque tandem? Ad aquam Regis liquescebat, in *Raimundina ebullijt*, nunc *soluitur in omni liquido.* Vah Regem dissolutum, à bono consonanti in malum liquidum qui transmigrârit. At de hoc *audiendum.* Non *audio:* vix *audiat* Ioannes de Rupescissa, vix Albertus, quibus

Io. Rup. quint c. 30. Alb. Alch. p. 627. *aurum Alchemicum cor non latificat, sed ladit.* Quin sentit aliter de illis alibi & φιλοβάσιλευς hic Craterus, & non *vulgaris medicus*, cuius parenthesin, sed in hunc sensum in hæc

hæc verba *reperies, (Quod etiam per se omnes spiritus exhilarat, cum quis eo in crumena abundauerit.)* Quod *aurum* subauditur? Non *potabile*, opinor; crumenâ vix portatur: non *vinum*, ne se surripiat: non *regenerantium*; quod animæ, non corpori conueniat: non *plusquam perfectum*; quod nusquam est, quod nihil est: non *Philosophicum*; quod euanescit vt notio: non *resolubile*; quod effluit vt potio. Hic sibi habeat, quod vanus vigil somniat; mihi concedat *aurum*, quod viuus videns sentiam. Crol. bas. chy. præf. p. 41.

*Adde insuper quod Mirandula ipsemet confitetur, se illa perstrinxisse non decernendo, sed disputando: quando potabili auro vtuntur quidam ad omnes tollendas ægritudines, atque ad vitam quantum per vires naturæ licet prorogandam. Ego (inquit) causam eorum qui aurum potabile vellent dispendere: quod quidem ego colligere maluerim, & optarem egregiè posse ad nostri corporis aliorumq; salubritatem. Præcipuè cum constet Antonium Chirurgum nostrum superioribus annis matronam ex foro Cornelij Pthisi moribundam, paucis diebus ab ipsa tabe liberam sanitati pristinæ restituisse, solo potabili auro, quod ex ipsius patrui Nicholai confecerat disciplina.* F.A.

Sed de *Mirandulano* ecce quod præmonueram, præuaricatorem ἀμφίβολον, ἀμφιδοξον, *fatentem* reum, *se illa perstrinxisse* (quo ipse perstrictus maximè) *non decernendo* (quod iudicij) *sed disputando* (quod *ancipitis*.) In scenam igitur cur est inductus, συγκατικὸν πρόσωπον, an modò harum, modò illarum partium? Mittamus ergo huius ἀπιστολογίαν, qui *egit* (sed frigidè) *illorum causam, qui Aurum potabile vellent dispendere*: voluisse dictum arbitror *disperdere*: nec enim facilè *dispendi* potest, id est expendi; disperdi poterit facillimè, & hinc *dispendium*, non est compendium. At hic *maluit colligere*. Nec hic quid dicat, eligit. Et *optat egregiè posse. Optatum egregium*: vel impotens plerunque *optat*, quod vix vnquam potest. M.G.

*Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.* Hor. l. 1. ep. 14. 43.

Id solum hinc lucratur, vt cui non creditur ex parte alterâ, ne credatur ex alterâ. Si *nerues & artus sapientia* Epichar- Cic. Pet. Cons.

Lib.nat.met l.1.f. è Mirand.l.3. c.2.

meios habuisset, *non temerè* cuiquam *credere*, vix illis ille habuisset fidem; nedum illa de *Antonio Chirurgo suo*, aut alijs (vt quidam nostri de nostro & alijs) vel *de Auro potabili*, vel arte transmutatoria retulisset; nedum referenti, aut noster, aut Libanius fidem adhibuisset. Verùm vt

Sen.Her.fur. act.2.

*— quod nimis miseri volunt,*
*Hoc facilè credunt,—*

Plan. Cic. ep. fam.23.l.10.

ità nescio quomodò, non solùm senes, sed magna ingenia, præsertim empeirica, *credulitatem* quia *errorem magis quàm culpam* existimant, hoc errore amoris, an amore erroris ferè corripiuntur. De Mirandulano loquor & Libanio; vix de nostro, qui quicquid trahi poterit in causam suam corradit vndecunque

Vir. Æn. l.1.

*— discrimine nullo*
*Tros Tyriusve fuat.—*

Sed non tantummodò, vt ille cecinit,

Ou. ep. Hel. Par.

*— credulitas damno solet esse puellis;*

sed toti ferè populo, cum illis inest, auctores qui sunt alijs, vt credant vix credenda. Quod si huiusmodi ex parte alterutra fidem vel arrogant vel derogant, huius *Anthonij auro potabili* (è cuius *disciplina*, patris, an *patrui, confecto* nescias) audita vt omittam plurima, cognoui (quam postea Galenicè curaui) generosam *pthisi moribundam*, non modò non refocillatã, *restitutam*, sed longè afflictam grauiùs. Sed vtriusque *Anthony*, ille vt arguit, ἀτυχίας ἄλλος ἀρχή, ἀτυχίας γῆ καλύπτει.

Lang. ep. vlt. l. 3. è Nic. Arsen.

F.A. *Apparet ex his, quod licet Mirandula ambiguus quodammodo hæsitare videatur, ne fortè Peripateticis contrarium sentire dicatur, manifestâ tamen experientiâ enitens, istius Philosophiæ veritatem planissimis verbis confirmauit: verum tamen sub hac cautelâ, quod inter mille mortalium myriadas pauci sint reperti, qui potionis aureæ conficiendæ scientiâ fuerint.*

M.G. *Mirandulanus* verò nec *hæsitans ambiguus*, qui in partem alteram pronunciat; nec *Peripateticis contrarius*, qui veritati con-

coniunctus; nec *victus experientiâ*, qui nihil expertus artis experti credidit: ſed tandem *cautior, inter mille myriadas* admittit *paucos*.

*—pauci, quos æquus amauit* Virg. Æn. l. 6.
*Iupiter, aut ardens euexit ad æthera virtus,*
*Dijs genuti potuere.—*

Hic homo perpaucorum hominum; μυριανδρος, Epigr.
*—qualem vix repperit vnum*
*Millibus è multis hominum conſultus Apollo;*
*Sapienſq́, ſupra Græcia ſeptem viros* Auſon. epiſt 8
*Octauus acceſsit ſophos*

*Anthonius* ἀντώνυμος hic vel ille? vnde? quo modo? quo iure? ſi dijs placet? *Reperti* ſcilicet; vt vacca patri forſitan:

*—tu non inuenta, reperta es.* Ouid. Met. l. 1.

Id artis eſt, hoc ſortis. Hi verò quales? *Qui potionis aureæ cõficiendæ ſcij gnariq́.* Σχιαὶ videntur, vel σκιῶν ὀνεί ραπομ. de quibus loquitur: de *ſcijs* ſiquidem nil ſcio equidem, niſi quòd ſint vmbrę, aut obſoletũ è Nonnio. Sciẽtes ſcio alios, & iſtum ſciolum admitto in grammaticis, vix in Latinis; & vt ſit gnauus cedo, at quàm ſit *gnarus* neſcio *conficiendæ potionis*: Potifex ſit cedo potiùs, quàm Pontifex. Ergone

*Ille ſapit ſolus?— —λεπτὸ σχιαὶ ἀίσσουσι;* Hom. ody. l. 10. Tirel. Crol. Baſ. ch. pt. p. 42. Pal. Zodiac. P. 93. P. 203. Th. Mor. epiſt. Abingd.
*Nam pauci tanto dignantur munere Diuûm,—*
*Aurum vt compactum ſoluant potabile in aurum:*

vt ille carminificat, vel carmen corrumpit Palingenij, quem nec Phœbus carminis, nec Deus *auri potabilis* dignatus munere. Hinc illi carmen Morus aptet,

*Millibus è mille Chymicus fuit optimus ille.*

*Deſcendamus ad alios etiam, qui ſingulis in ætatibus maximè claruerunt, Philoſophos æquè ac Medicos. Omnis enim Philoſophica diſciplina vſque dum per ſuum effectum dignoſcatur, Philoſophantium teſtimonio vera eſſe comprobatur.* F. A.

Ita ſcitè aſcendit hic ad ſummum; mox *deſcendit*, ſed per ſaltum, vide ne Vulcanium: an quòd ad *Philoſophos* minorum M. G.

rum gentium, an quod ad contubernales ſuos, Cyclopas ignicolas: adiuncto plebiſcito, quale vix quiſpiam è plebe tulerit, inſcito, inſcio: *Philoſophica probanda teſtimonijs, dum per effectum dignoſcantur.* Ἀφιλόσοφον, ἄσοφον. Faceſſat ergo theoria, faceſſat metaphyſica, faceſſant mathematicæ cum problematibus, theorematibus, κοιναῖς ἐννοίαις: faceſſat demonſtratio ὅτι, κατὰ σωτὸς, καθ' αὐτὸ, καθόλε πρῶτον, è veris, primis, immediatis, notioribus, prioribus, cáuſis concluſionis: Nec verò ſolùm εἰ ἔστι an ſit quæritur, ſed τί ἔστι, ὅτι, ἢ διότι, quid, quare, quale ſit *aurum potabile* inquiritur. Cauſas *philoſophans* inquirat igitur, principia deducat, axiomata conſtituat, definitiones adhibeat, deſignet media, proprietates adiungat, inuentionis loca percurrat priùs omnia, quàm ad *effectum* decurrat, nedum ad id vltimum recurrat ſubterfugium, ſaltem perfugium, *à teſtimonio:* quod extra artis limites; quo *nihil* eſt Libauio *putidius, inertius*, Michelio *frigidius.* Si res agenda numero, nominibus ſi concertandum, quot ego (bone Deus) Græcorum, Latinorum, Arabum, Gallorum, Hiſpanorum, Italorum, Germanorum, noſtratium, antiquiorum, recentium, non modò nomina, ſed argumenta, ἀποδείξεις, ἀξιώματα, συμπεράσματα producerem? à nobis vt ſtent ex aduerſo, qui vel negarint, exploſerint, abiudicârint *aurum potabile*, vel (ſi negatio concludi ritè poſſet ab authoritate negatiuè) ſaltem neſcierint, ſiluerint, omiſerint: quod non feciſſent vtique tot, tanti, tales, ſi tantum, tale, quale hic prædicat, reſciſſent bonum. In foro forſitan hæc valeant, in ſchola valeant, exibilentur, exulent. Οὐ πλέθρου, ἀλλὰ ὑποκύμης.

Arist. poſt. an. l. 1. c. 2. 4. 6. 10.

Lib. ep. 1 3. l. 1. 86. l. 2. Mich. apol. ch p. 211.

F.A. *Raymundus Lullius ſummus ille Philoſophus, pius, & Chriſtiane religionis ſtrenuus propugnator, in intima illa Naturæ ſecreta ita penitus introiuit, vt nihil intentatum reliquerit, vſque dum ad ſupremum præparationis Auri gradum peruenerit. Multa eius monumenta apud nos extant, in quibus comprehenditur integrum magiſterium vera ac Philoſophicæ ſolutionis auri, ac totius eius regiminis, vt redigatur tandem in formam potabilem, & re verâ medicinalem:*

idq;

*idq́, ſub continuâ quadam orationis ſerie. Interea tamen genuina praparationis ſcopum, & Raymundus ipſe, & Philoſophi ſimiliter omnes ænigmaticè tantummodo inſinuarunt: occultauerunt autem pro eorum poſſe ſecretum ipſum, ne indignis patefieret. Practicam poſuerunt omnes ſub diuerſis regiminibus, multiplicibus imbibitionibus ac diſtillationibus vt expedit. Solidum enim hoc corpus licet perenni factum gurgite, nullam omnino ſolutionem admittit. Sed ſi terram hanc noſtram pluuia atque imbres ſæpius ac copioſius humectent, & illam Sol ſuo calore & feruore iterum deſiccet ſucceſſu temporis ſolutionis fructus prodibunt, & emolleſcet materia mellis inſtar. Mellea hæc ſubſtantia Catholicon eſt Remedium, & poteſt bibi & ſumi, in vino, brodio, aquâ ſtillatitiâ, aut liquore quocunque: vt plenariè in libro ſuo de Conſeruatione vitæ humanæ tractauit.*

Sed quis anteſignanus? Nempe qui Theophraſto ab Hohenheim *ſophiſtices & impoſturæ anteſignanus, eò demen-tiæ peruenit, vt prius docere vellet quàm diſcere*: Proteſilaus *Lullius, Chriſtianæ religionis ſtrenuus propugnator.* In quos? quo modo? quando? Maioricanus (ni fallor) fraterculus, trecentis ferè abhinc annis, *tranſmiſit teſtamentum ſiue codicillum Ruperto Anglorum Regi, ſuiſq́ hæredibus* (quo nomine nunc aliquem hic Anglus nouit?) *per Regem Eduardum* (pro imperio) quotum? in *Quinto* inſtat Verdemannus

*Quem tantùm terris oſtendunt fata, nec vltrà*
*Eſſe ſinunt:--*

annis ferè ducentis intercedentibus. Illi ἀμότιχοι, ἀμότιμοι, ἀμότροποι. Arnaldus Villanouanus, huic ſecundus; Conciliator Apponenſis, haud ſcio an hic primus. De horum fuga, carcere, ab Inquiſitoribus fidei, accepi aliquid: de huius *pugna ſtrenua* ne verbum quidem; niſi quod *à Saracenis interfectus, annos* Penoto nunc *centum quadraginta*, mox *centum quinquaginta vixerit.* Accepi ab ipſo etiam, *à Villanouano*, Conciliatoris auditore, *ipſum, non intelligentem priùs, hanc artem didiciſſe*: qui tamen, huic ſecundus, *eodem inſiſtit tramite*, doctor diſcipuli. Hic verò

M.G. Dial. de Alc. Chryſ. p. 22. Rai. Lul. an. tranſ. met. p. Codicil p.

Lud. ver. ep. in Lul. teſt. Chron. Angl. Virg. Æn. l. 6.

Io. Mic. ap. chy. p. 125. Lib. l. 1. epi. 1. Symph. Cam. vit. Arn. c. 2. Pen. alch. tr. 2. p. 93. 118. Rai. Lul. cod. c. 63. 227. Murch. ep. in Am.

Dial. Chryſo. ib. tantũ abeſt à *Lullij* ſcientia (etſi & ille Theophraſto *ſcientias conſpurcârit, nec vnam nouerit*) quantum à Tullij eloquentiâ, & ipſe, & *Lullius*, & hic ab Hohenheim. Sed quid de his ſcripſerit, quid ſenſerit alteruter, hîc non inſiſto, vt nec in horum aliquo, vt ne ſim tædio, faſtidio, & Suet. Au. c. 86. fortè odio. Nam cum illis *prolixè, perplexè, ideóque moleſtè loquar*, vt ſenſit Auguſtus de Tiberio. In *monumentis* autem *Lullij* ſi *magiſterium* id *comprehenditur totius regiminis, in formam potabilem quo redigatur Aurum*, quin poſt tot annos erutum per tot ingenia, quæ tam ſagaciter, tam ſeriò, tam ſuperſtitiosè indagârunt? Nempe *ænigmaticè* quòd *occultatum*. Hic Dauus igitur, an Oedipus, hoc monſtrum, ſeu Sphinga conficit? *Id ne indignis pateſiat*. Hic ſolus quem Dij diligunt?

Virg. ecl. 3. *– hic Phillida ſolus habeto?*

Dignus mehercule; tam ſolus *Lullium* legit, intelligit. Clauem hic tenet: ad clauum ergo ſedeat, ad Solis menſam ſolus. En vt nunc *non ſoluatur*, mox *humectetur*, modò *deſiccetur*, tandem *emolleſcat inſtar mellis*.

Hom. Il. α. 251 τῷ κ' ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Quid ergo *gurgites*, quid *imbres*, *pluuias*, mox intonat?

γ 223. --νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν.

Sed vt *hæc mellea ſubſtantia ſit Catholicon remedium*, λῆρος λήρων, Catholicæ fidei non eſt articulus: vix credidit, dum iuuenis; nedum pro illo ſenex eſt mortuus.

F. A. *Arnaldus Villanouanus eodem tramite inſiſtens, delineauit Spagyricum proceſſum Auri & Argenti ſimul. Una eſt enim eademq; linearis via in vtroq; artificio. Quod inter Sophiſtas & vulgares Artiſtas in vſu non eſt. Eorum ſolutiuum appropriatum ad Aurum, nullum habet cum argento commertium, nec è contra.*

M. G. Symph. Cam. vit. Arn. Riol. exc. in Qu. p. 16. E *Villanouani* (qui, nequid de illo grauius, etſi χρυσόπτωτος, pauperrimus deceſſit) exotericis, vnam hic eligit (ô hominem lectiſſimũ) ἀντιλογίαν, de *viâ eâdem, ſolutiuo appropriato*; ad *aurum potabile* quæ nihil faciat. Expendite qui legitis,

gitis, annon & contra ipſum; qui noſtis quicquam chymicum, annon & contra verum, adeoque Arnaldum, ſi & hæc ſint Arnaldi. Arn. Vil. Roſ. phil. c. 10.

*Petrus Andreas Matthiolus celeberrimus Germaniæ Medicus, petitioni Andreæ de Blawen ſatisfaciens in Epiſtola quadam quæ extat, reſpondet in hæc verba. De facultatibus Auri potabilis, dubium non eſt quin ea ſint maximæ. Auſim dicere, neminem Medicum abſolutè eſſe poſſe, imò ne mediocrem quidem, qui in hac nobiliſſimâ diſtillandi ſcientiâ non ſit exercitatus. Id cùm alibi, tùm imprimis in Chronicis Morbis eſt animaduertere, vbi tota maſſa ſanguinea in vniuerſo venarum ambitu corrupta eſt, & referta multorum Morborum ſeminarys. Hi (inquam) citra Metallica deuinci vix poſſunt. Ea enim ſola, vt ignis ita attenuantur, eamq́ penetrandi vim acquirunt, vt habitum totius corporis facilè permeent: cum interea cæteræ plantæ eouſq́ ignem non ſuſtineant. Ac qui eiuſmodi Morbos citra ſcientiam res Metallicas tractandi aggrediuntur, ij plerunq́ re infectâ cum magno dedecore, & ſuo, & Artis Medicæ deſiſtunt.* F.A.

Quid *Andreas Andreæ*, ſenior iuueni *reſponderit*, ὃν πρὸς ἕτερος —ἐκ ἐστιν ἀμύμονος ἀνδρός. *De facultatibus auri potabilis, nec illi eſt quod contradicat, nec quod dicat ſplendidius*: ſed an ſit huic facilitas, vt faciat *potabile*, id eſt, vt par eſt, ἄυπτελον, ἄυποτον, ἄυδοτον, humano corpori quod digeratur facilè, fœliciter, nec ſolus, nec ſolùm dubito, ſed planè, quod ſit, pernego. Nec hoc ἄτοπα geometricum, aut medicum, ſed ſophiſtarum ἄτοπος τῦ ἐν ἀρχῇ. Ex præſuppoſito, tametſi impoſſibili, ſequetur quodlibet, vel impoſſibile. Error hic in principio perget in infinitum, nunquam ſe corriget: hoc *vno abſurdo dato ſequuntur abſurda infinita*. De *diſtillandi ſcientia*, quæ affert è *Matthiolo*, ἄτοπος δ' ὁ τοῦτον. Nec ille *celeberrimus* dicatur *Medicus Germaniæ*, qui fuit Senenſis Italus, (tam nouit hic & *celebres*) ſed nec nos doceat, è noſtro *Dioſcoride* qui didicit (quem hic *in Chymicis nunquam verſatum* falsò obiecit inſcius) nec, quàm nos, magis approbet alteruter: nec quòd probanda *diſtillatio*, *aurum potabile* ex illâ iſte comprobet. De *metallicis* poſt videro. M.G. Matth. l. 4. ep. vlt. Ariſt. phyſ. l. 8. c. 2. t. 10. Hic pag. 3.

*Andreas de Blaven Med. Petro Andreæ.*
*Matthiolo. S. P. D.*

F.A. *Sæpius sum admiratus, plurimos ætatis nostræ summos Medicos, Naturæq; indagatores acerrimos, qui cum in materiâ Medicâ cognoscendâ & explicandâ plurimum nauarunt operæ & laboris, interea tamen Aureæ illius aquæ, magni imprimis, & nunquam satis laudati Remedij, mentionem omnino nullam faciant. Quam tamen adeò nobis commendarunt ex veteribus quidam, vt cæteris eam omnibus Medicamentis facilè prætulerint. Quippe quæ, vires vtut illa langueant, restituantur in tantum, ut reuiuenescere vtentes, vigoremque inde incredibilem facultatum omnium corporis recipere videantur. Eius rei causam, an in difficultate eius aquæ parandæ, quod in conficiendo Chymicos labores requirat, quos pauci sciunt, vel tanquam sordidos abhorrent; an in auaritiam & sumptuum parcimoniam referam, dubito. Complures certè esse scio, qui cum ipsi rem ita arduam, vel ignauiâ, vel mentis hebetudine non valerent assequi, conatus in ea aliorum industriorum hominum summopere contemnant & eleuent. Quorum ego impudentem & insciam temeritatem deploro, &c. & in sequentibus hæc superaddit: Vnicè detestandi videntur zoili isti, qui viros bonos, cum, vt vitæ vsuiq; mortalium consulant, plurimum diligentiæ, curæ, laboris, & sumptuum, in inquirendis hisce Naturæ secretioribus Medicinis conferant, inuidè eos ridendi, mordendi, ac carpendi finem nullum faciunt: neque tamen ipsi interea, meliora in lucem restituunt. Hæc nostra iam res agitur. Sed meliora spero.*

*Nec vis vlla adigat præclaro abstistere cœpto.*
*Virtutis Regnum viret, æternumq; virebit.*

M.G. *Andream* alterum *de Blaven* scilicet, vtcunque ἀπὸ ἀδήλου φαύλου, vix ἀδήλου credo, cedo ἀδηλότατον, sic *admirando* stupet. *Mirari insciti, vt irridere insolentiæ. Aquam* hinc *auream* vt hauriat, huic aqua hæret. Quam *è veteribus laudârunt quidam.* Qui? Hic *quidam* è nouitijs num nouit illos? quin nominat? *Sũmi ætatis nostræ Medici ne mentionem faciunt.* Summam illis mentem eo nomine subesse auguror; huic nullum sanè meritum. Nam & isti Andrææ *ex aqua fortis regia, ipsa viscera quæ exedat, aut saltem mineralibus è salibus, qui non corrodant minùs.* In *vsu medico interno aquæ eius-*

Bla. Mat. l 4. ep. penult.
Scal. subt. ex. 335.
Blaven. ib.
Lib. l. 2. ep. 83

*eiuſmodi qui prorſus fugiunt, ij valdè ſapiunt*, iudicio Libauij vel ad Rulandum empiricum conſignato. Sed *aquam* ille *auream* cur nominat, quod *aurum* hic *potabile*, & alter huic ἀμβροσιον, ἀμβροτοδοτος, ἀμβρυλος, *liquorem aureum ad declinandam inuidiam*. Iſti num conſtat ſolidius? illis num diffluit ſolutius? vtriſque aſcribam, N.L. non liquere. Sed en huius Medææ Steph. Bredw. ſer. ad Iol.

— *quantum medicamina poſſint.* Ouid. Met. l. 7

*Dux gregis inter oues, agnus medicamine fiet:*
*Reddentur vetulis iuuenes nutricibus anni:*

*reiuuenescere videbitur qui eo vtitur.* An mirè is videbitur? an merè hic abutitur? an verè hæc conficiet, vt illa

φάρμακα πολλ' ἐλυε' ἐπὶ χρυσείοισι λέβησι. Nat. Co. myt. l. 6. c. 8.

Lebetes lego *aureos*, non liquores; ex herbis, non auro; pharmaca. Nec vlla conſtat ratio, vel *auaritiæ*, vel *parſimoniæ*, vt *à laboribus* abhorreat vel *ſordidis*, qui agnoſcat, quod quæritur, eſſe pulcherrimum: nec vt *contemnat* quiſpiam *conatus aliorum*, cum ipſe *non valet aſſequi*. Apud illum ſint igitur *ignauia, hebetudo, impudentia, inſcitia, temeritas, inuidia, ridere, mordere, carpere*; quæ crepat horribiliter. E nobis nemo Zoilus; ex iſtis Homerus nemo. Quos è Pratenſi verſus audio, an Blauen, an hic carpſerit, neſcio: neuter aſſumat ſibi: nec enim hæ ſunt roſæ labris illorum ſatæ. Io. Prat. ambr. f. Seuer. 334. 337.

*Ioſephus Quercetanus.*

*Mira actiones proficiſcuntur ab Auro, cum eſt ſpirituale, & mole corporis exutum.* F.A.

*Aurum in conſeruanda hominis vita & valetudine, & Animalia, & Plantas ſuperat, quia conſtantiores ſpiritus habet quàm Planta aut Animantes.*

*In Auro ſumma eſt propugnanda vitæ noſtræ, & conſeruanda Medicina.*

*Nihil ſub Cœlo inuenias magis homogeneum, magiſq; ſimile, ac tenuioris ſubſtantiæ, temperatioris naturæ, corruptioni ſeu putrefactioni minus noxium, quàm pura Metallorum ſubſtantia.*

At *Quercetano* forſitan plus roboris: M.G

Hor.l.1.od.3. 9. *Illi robur, & æs triplex*
*Circa pectus erat.—*

Quer.ad Riol exc.p.10. *Quercus* nimirum, *Ioui amica, nullis tonitruum fragoribus,*
Plin.l.24.c.1. *aut fulminum ictibus percellitur*; vt de se ipse iactitat: sed illi *inimica iuglans, olea*, non minùs fructiferæ, & magis medicæ, vt refert Plinius: &

Ou.trist.l.4. el.9.14. *Sæpe Ionis telo quercus adusta —* ait Poeta.

*Aurum* collaudat; Spartæ Herculem; Delphis Apollinem: nemo vituperat. *Quis nisi mentis inops?*

Qu. med. spag.pr c.1. Prist.ph.c.5. At *spirituale, mole exutum corporis.* Nam *aliàs* (vt ipse alibi) *vel parum, aut nihil proficiat, quin imò multùm noceat.* De hoc cum idem sentiat, idem responsum ferat. Quàm multa è multis de *auro Quercetanus* collegerit, imò & confinxerit, & ipse legi: sed quàm parum in eo profecerit, audiui ab alijs qui ipsum norunt, nec *aurum Potabile* ei fuisse. Sed de hoc posthac plura.

*Marsilius Ficinus.*

F.A. *Aurum ante omnia probo, tanquam omnium rerum temperatissimum & à corruptione tutissimum. Calorem naturalem cum humore mirificè temperat, humores à corruptione sanat. Veruntamen oportet durissimam Auri substantiam subtiliorem facere, penetratúque facillimam.*

M.G. Succedit *Ficinus* (translatus putà fascino in castra hoMa.Fic.stud. sa tu.l.2 c.10. stium) cui *aurum* non tam ipse, quàm omnes *probant ante omnia.* Quidni? Sed *redditum subtilius.* Quis enim crassum bibat? si bibat, concoquat? *Redactum* scilicet *in folia*, vt Vit.Cœl.com l.3.c.3. mox se explicat: etsi & hic *aurum potabile sine permissione* Io. Brac. lig. vit.p.43. *alienâ*, & alibi *Elixer Arabum ex auro* nominet. Qui tamen (Chymicis si credimus) *auri materiam in nostrum corpus ingredi, vel verti in substantiam potabilem non credidit.*

*Iohannes Fernelius.*

F.A. *Aurum temperatissimum, ad naturæ robur, & effectus Melancholicos, ad exoletum Stomachum, ad Cardiacos, & præter rationem mœstos, efficax.*

Eidem

Eidem iugo ſubmittitur *Fernelius*, ẽ cuius ſententiolâ hic (bonâ fide) ſurripit quod interponitur, *foliolis & veluti bracteolis*. Quod ſi *veritati*, probitati, *tantum obſtrepit corruptor ſtylus, quantum adulter ſenſus*; quantum hic, qui vtroque? Cui verò *ſtomachum* non faciat, quem *exolutum* dicit Fernelius, ſeu imbecillem, vt *exoletum* faciat (& ſibi habeat) Anthonius, ſeu catamitum. Nec hoc Typographi erratum videatur, idque mox repetitum, exemplar cum habeam authoris manu caſtigatum, phraſin *Fernely* qui caſtigare voluit, ſed iam corrupit: quod fit, cum incidimus in manus indoctorum, vt mutilemur, maculemur. M.G. Fer. meth. med. l. 5. c. 21. Tertul. cont. hær. c. 16.

*Author Demogorgon.*

*Aurum permanens in ſubſtantia Metallica, etſi aqua vitæ quam maximè ſubtilietur, nullam penitus affinitatem aut conuenientiam aliquam adipiſcitur propinquam carni humanæ, niſi corrupta prius forma duræ, & redacta ad ipſius materiam primam ſufficienter purificatam & digeſtam. Nam ſic acquirit hanc affinitatem & conuenientiam cum corpore humano, quam etiam cæteri cibi & Medicinæ præſeruatiuæ poſſident, quas tamen hac longè præcellit in virtute.* F.A.

Huic *author* proximus eſt *Demogorgon*: acſi dialogi de Amicitia ſit *author* Lælius, ſuæ tragico-comœdiæ *author* Amphitryo. Huic verò nomen conuenit, à Gebro vt deſcribitur, quod *tenebris, nebulis, caligine circundatus, odorem horribilem, terreſtrem, & fœtentem ſpiret*; & *dæmona*, ſed cacodæmona, & *Gorgona*, ſed γοργωπὸν, vt repreſentet. De verbis hic quæ refert, nihil refert; etſi non ſint illius: ſed ſi aduertat animum, peruertit illi animam is *Dæmogorgon*, qui non ex *auro*, ſed *ferro Dæmogorgone* deducit id *potabile*; *quintam eſſentiam, aurum potabile, elixir ipſum, ex imperfectis communibus metallis* concludit *fieri*; ex Alberto, Arnaldo, alijs adducit alia, quæ mirè hunc excrucient, docente Gebro. Quin *aurum potabile* qui illi ebibat, epotet *lapidem, ſulphur, arſenicum, tincturam, animam*; quod vel Bonoſus horreat. Sed in Braceſchi *Dæmogorgona*, verùm non M.G. Io. Brac. dial. Dem. p. 514. 465. 415.

Anim. Taula. in Brac. non ſatis, animaduertit, talis in talem, Tauladanus.

*Bernhardus Penotus.*

F.A. *Aurum abſque omni corroſiuo præparatum, abſque periculo omni ac nocumento humanum corpus ſanat, omnem Morbum contagioſum pellit.*

*Quando Aurum venit in corpus, & à noſtro Balſamo apprehenditur, tunc clarificat Balſamum ſanguinis, à fumo malenolarum ſtellarum.*

M.G. *Penotus*, vt pecus, ſequitur, gregem vt impleat, vel ſepem perrepat: ſed

Hor. l. 2. ep. 2. 11. *—pleniùs æquo*
*Laudat venales qui vult extrudere merces.*

Ber. Pen. med. chy. p. 92. Quin hic addit, vt ipſe, ipſum loqui de *auro non chymiſtico, ſed naturali*. Quin non minora alibi de alijs obſeruat loqui? Quin hîc ſic loqui annotat, vt pauci in ſe notent, quòd *Balſamum ſanguinis clarificet à fumo malenolarum ſtellarũ?* Quin demum obſeruat, quod obſeruatione digniſſimum, *aurum hoc philoſophicum vaſa argentea quàm primùm deaurare, ſin iuxta artem præparatum non fuerit, non inaurare.* E cochlearibus argenteis qui epotaſtis aurum Anthonij, num inaurata, dicite: quo illi mirè lucrum: & vnà dicite, num *abſque omni corroſiuo præparatum?* quod vix *Penotus* dixerit.

p. 93.

*Cardanus in lib. de Subtilitatibus.*

F.A. *Aurum eſt res arcana perfectiſſima, temperamento æquali, ac mirabili proportione Elementalium virium compoſita: cui nullum corpus mixtum æquiparari poteſt. Vulnus cum illo factum non inflammatur.*

*Aurum habet vim confortandi & exhilarandi Cor. Namque per venas Meſeraicas ad Hepar, tandem ad Cor, inde per vniuerſum corpus facillimè transfertur. Deſiccat ſuperfluitatem omnem à ſubſtantia cordis, & ſpiritus ſua claritate illuminat, confortat ſua ſoliditate, temperamento ſuo temperat ſanguinem, præſeruat putredini reſiſtens, eundemq; purgans, domat Melancholiam & Maniam, vires ac ſpiritus exoletos reſarcit.*

Car-

*Cardanus* verò *subtilitatum* ille *Prometheus*, *Rhadamanthus*, *Dædalus*, num est ab illis? E *quinto* illius citat *Penotus*, quod hic sumit à *Penoto*, quod tamen *sexto* vix reperiat in quo de auro agitur. Sex, nec quod affert, ad *aurum potabile* quicquam refert. Nam *vulnus factum auro potabili* num hic admittit? quod *factum alchemico tumescet*, Ioanni de Rupescissa, seu Lullio, seu Alberto si credimus. Quod *Cardanus* non ponit, fortè supponit de *auro potabili*, opponit Scaliger, vt *fædas nugas*; & ludit alibi, *Herculeum lapidem, miserum fame qui pericrat, auro potabili, inuitâ non Minervâ, sed Proserpinâ, vitæ restitutum*. Quid quod quæ hic subiungit, acsi *Cardani*, non sunt *Cardani*, sed Penoti: nec magni interest, cuiusnam sint, tam sunt, & ista, & iste, nullius fidei, ab vsu, à sensu, ab intellectu, à veritate aliena. Et hîc *exoletos* reddit *spiritus*, quos ille *exolutos*. Quin & *Cardanus* & Scaliger Antagonistæ, *consensu miro veritatis, eâdem*, diuersis libris, *ad vnguem ratione, non dari aurum potabile, nec posse fieri ostenderunt*. Quin distributio hæc anatomica *Cardani* seu *Penoti*, *per venas mesaraicas ad hepar, tandem ad cor, inde per vniuersum corpus*, longè est alia ab illâ neotetici huic ἀμοφύλῳ ἀναιδῶς ἀναισθήτῳ, quâ *tum alimenta tum medicamenta per os & œsophagum ad caput illico, à cerebri meningibus per comissuras vtique, ab his per cutim ad vmbilicum vsque, ab eo denique ad intestina ferri* absurdè somniauit.

M.G.
Scal.subt.ex. 216.
Pen.med.chy. p.94.
Io.Rup.quin. ess.c 30.
413.
Alb.alch.p. 627.
Scal.ib. ex. 272.102.5.
Penot.ib p.96
Card. act.1. de sub p.1115 l.aqu.& æth.
Sca.ib.ex.272
Step.Bred.è Sabu.in Col. Hou.3.1609.

*Hieronymus Rubeus lib. de Distillationibus.*

*Nihil valentius puto ad diuturnam incolumemq́ vitam seruandam, iusto Perfectorum Metallorum vsu, quòd substantia sint nequaquam corruptibili, & quaplurimum duret.*

F.A.

*Aurum temperamento, si quid aliud, humano simile est: eumq́ ob causam calore suo ferè Cœlesti, vires nostri corporis, vitalem potissimum, earumq́ sedes, nempe Cor, Cerebrum, Iecur, roborat, sanguinis ac Spirituum substantiam puriorem illustrioremq́ reddit.*

*Rubeus præterea memorat iuuenem quendam: qui cum infirma admodum esset valetudine, & assiduis penè Morbis tentaretur, innumeris generibus remediorum expertis, Auri cuiusdam potabilis vsu*

*ita conualuit, vt Septuagenarius iuuenibus vix cederet. Cúmque Veneris desideria insurgerent, eius vsum intermittere coactus fuit.*

M.G. Quòd Rubeum hîc inferat, illi ruborem inferat: cui

Hier. Rub. de. l. 1. c. 2. p. 9. *aurum ægrè distillatur*, ex Aristotele, Alberto, *quia non exhalat, non separatur à partibus; quicquid effumat, impurum, fumosum, fœculentum; quod effluit à centro ad circumferentiam, superueniente frigido, recurrit intrò.* Cui Medici clarissimi, Brasauolus, Fallopius, Erastus, Baccius, *quæ de auro potabili traduntur, fabulas esse & impostorũ nugas putant.* Cui

S. 2. c. 20. p. 149.

P. 153. *si quæ plũbeis & æreis instrumẽtis eliciuntur stillatitiæ, metallicũ id virus, ac quasi nidorẽ contrahunt, quanto id efficacius poterit ipsa metalli substantia potabilis reddita?* Cui enitendum denique *substantia ne corrumpatur, quod acutis solet oculis potissimùm contingere, quo imminet periculum, ne stomachus auro oblinatur, visq; appetitrix aut concoctrix intereat.* Aquis acutis hic num vtatur, pòst quærendum; sed certum sine quęstione nos sensisse. Primo autem paragra-

P. 158.

P. 159. pho quin addit, quod ille, de *aquâ Tiberinâ diu seruatâ ad vitam producendam, si alijs careret nocumentis?* Quin se-

P. 168. cundo, quod ille è Ficino, *si perspicuitatem haberet Aurum, iam cœli substantiam fore?* Quin tertio, quod ille, *cum*

P. 154. *tamen acutis, quæq; corroderent aquis id factum fuisset? quem elaborandi modum omnes meritò detestantur.* Mitto, quòd *iuuenem* hic dicat statim *septuagenarium*, & nõ causam pro causa videatur sumere.

Ho. Il. λ. 654 Δεινὸς ἀνὴρ τάχα κεν ᾧ ἀνάρτιον ἀτιβώτο.

*Iacobus Weckerus Basilienſis in Antidotario ſuo.*

F.A. *Aurum Cor, & vitalem facultatem mirum in modum corroborat. Inseritur Medicamentis quæ atrabiliarijs competunt Morbis. In ore contentum, anhelitus grauedolentiam tollit. Cardiaca, Melancholiæ, Cordis palpitationi, Morbo attonito, Comitiali, Elephantiaco medetur. Ad hæc, spiritus animales, vitaleſq; recreat.*

*Si rectè conficiatur Aurum potabile, mirabiles vtilitates affert. Nam tenuitate substantiæ solidas fibrarum partes altiùs penetrare potest, & per omnes expandi; sinceritate temperamenti, cælorem nati-*

*uum*

*tium excitare ac tueri; denſitate ac tenacitate, humidum radicale ac primigenium ſolidius ac firmius reddere, ne citò abſumatur.*

Quod è *Weckero* excerpit, vt ille plurima ex alijs, intelligendum id prius vel de *auro ignito, intincto*, vel de *auri ſcobe, foliis*: poſterius, non quia fidem adhibet *Weckerus*, ſed quia, ex quo habuit, *Quercetanus* M.G. Ioc.Wec.Ant. l.1.c.5. L.2,c.ol.

*Sic perhibet, qui de paruis maiora loquutus.* Iuuen.Sat.4.17

Cui vt *tenuitas, tenacitas, denſitas* cohæreant, hic hæreat explicare.

*Iulius Palmarius.*

*Iulius Palmarius Pariſienſis Medicus, ad annum ſexageſimum ſuæ ætatis totus Medicinæ Dogmaticæ incubuit, & in viſitatis Pharmacis ſpem omnem reposuit. Tandem verò ad Metallica vel imitus fugit, in exemplum Ioannis Fernely præceptoris ſui. Cuius laboris ac ſedulitatis nunquam me pœnitebit (inquit Palmarius) quicquid calumniatores obganniant maleuoli.* F.A.

*Ille in libro ſuo quem de Elephantiaſi inſcripſit, in hæc verba epilogizat. Omnium Remediorum Elephantiacorum vires ſuperat Cathartieum noſtrum Metallicum, acrem omnem ac ferinam humorum omnium malignitatem mirè obtundens, ac nihilo minus blandè adeò aluum ſoluens, vt pueris & prægnantibus tutò dari poſſit. Conſtat autem ex Hydrargyro & Auro ſic permiſtis atque immutatis longa maceratione, vt vim cathartieam aſſequatur. Una autem atque eadem opera, & pituitam, & groſſos omnes humores expurgat, & calidam atque ſiccam viſcerum conſtitutionem emendat. Hæc ille.*

De *Iulio Palmario*, eiuſq; *præceptore Fernelio* quod memorat, fœlici eorũ memoriæ detrahit. Nũ delirauit, in puerũ nũ redijt, ad ſcholas abijt ſenex alteruter? nũ vt Cato ὀψιμαθὴς Græcas literas addidit? nũ diu dogmaticus, demum methodicus ἀμέθοδος, empiricus, carbonarius chymicus, hauſto Circæo auro potabili repentè factus? è cœlo in Lemnon cecidit Vulcaniam? ex aula in coquinam? ab equis ad aſinos? Dogmaticis, qui omnia cũ rectâ ratione cernunt, decernunt, ſcribunt, præſcribũt, aſſequuntur, exequuntur, quicunq; non dat nomẽ, aut nomen ſi dederit, à caſtris illorum transfuga, emanſor, erro, quouiſmodo M.G.

deſertor erit, notandus infamiâ, exauthorandus, nigro Theta inurendus ἀνιαθὲς, ἀνιατρολογητὲς, dejiciendus de ponte, quamuis in ponte Doctor, in xenodochiũ vt incurabilis, non vt curator, compingendus. *Iulianus* autem (ſic enim hæc ipſa recoquens appellat Petrus nepos) *innitus confugit ad metallica.* Quòd *innitus*, nil miror; quòd *confugerit*, indignor; quòd *ad metallica*, malim ad coruos, in piſtrinum. At ipſe (vbi iſta) *exemplo* ſe *Fernely efficaciſſima præſidia arte ac methodo inueſtigare atque experiri ſtuduiſſe* dicit: de *metallicis* ne verbum addit. Nec eſt quod quis *obganniat*, ſi vulpes ſe fatiget. *Catharticum* (quo hic tantopere, & Nepos, gloriatur) *ex hydrargyro & auro maceratis*, haud ſcio an fuerit *Palmario* palmarium; pernicioſum fuiſſe ab Anthonio exhibitum cuidam Concionatori miſerrimè καθαρσιμάνῳ, vomenti, & dum medicum & medicamentum deteſtatur pereunti, à defuncti vxore & alijs teſtatum habeo: & apud Acta plures reperio, quos hæc pilula Anthonij perdiderit. Nam ipſam eſſe & ipſe venditat ex his memoriter: quam tamen Quercetánus *nullâ ratione poteſt probare.* Sed *tutum* an *catharticum* quod *ex hydrargyro* (*ex auro* nulla κάθαρσις) hydrargyrus Palmario cum ſit *non modo ſenibus & imbecillis, ſed rebus omnibus venenũ præſentaneum?* Num elephantiacis ſi conuenit, quadrabit omnibus? Lepram agnoſcant ſuam qui talem aſciſcunt curam. At hoc paratur ab Anthonio *cathartbicum* μὴ κάθαρσιν. Et illud à *typographo Palmarianum.* Hem nobiles pharmacopœos. Quin è *Palmario* id repetit, quod ferè ad verbum priùs è *Weckero?* ſed vel de *auri polline, vel candente.*

Laur. Pal. Pet. p. 48.

Iul. Pal. peſt. epiſt p. 350.

Annal. Col. p. 192. b. 177.

Quer. peſt. alex. p. 407.

Iul. Pal. hydr. c. 5. & 2.

Iul. Pal. eleph. f.

Peſt. c. 18.

*Oſualdus Crollius.*

F. A. *Auro natura non contemptibiles indidit vires, quas qui ſcit eruere & Arte tractare, concipiet Aurum quod mortuum & ſterile videbatur, viuum eſſe & prægnans: vnde verus Philoſophus mirabilem, & omnibus expetendam concinnabit medelam, quæ humanorum corporum*

*porum Morbis incurabilibus affectorum omnia vitia tollet.*

Sed è contagioſo xenodochio *Palmarij* ad *Baſilicam Oſualdi* reuertamur. Huic primò proponitur, imò ſupponitur, qui *vires auri ſcit eruere, & arte tractare.* An Comico vt *virum meretrix*, hic *arte tractat aurum?* Ita Georgico, Crol. baſ. chy: p. 202. Ter. Heau. act 2. ſc. 2.

*Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas:*
*Fœlices animæ, quibus hæc cognoſcere primum.* Vir. Geor. l. 2.

Ita Crollius *fœlicem, & terá, quaterá, fœlicem qui poterit; & fortunatum* (cum crumena opinor & galero) *qui nouit.* Crol. ib. p. 203

Fœlix dicetur Ariſtotelicus, cui Phœnix hic Arabicus *aurificari* poſſit, vt verbo ipſius vtar: nec modò κῦρος Xenophontis, ſed ferè mundi κύριος. Sed huic vel Crœſus Solonis illud inſuſurret,

*Ante obitum nemo ſupremáq, funera fœlix.*
*Poſt obitum minus eſt fœlix hoc nomine quiſquam.* Ouid. Met. l. 3.

Hoc num nouit Anthonius, neſciuit Crollius? *E centum ferè deſcriptionibus Auri Potabilis ſeu Putabilis potiùs, multas irrito conatu poſt temporis & ſumptuum iacturas in igne examinauit* Crollius. Hic quanto literis, ſcientiâ, experientiâ inferior eſt Crollio (nec enim præfationis Crollianæ duas hic paginas, vel ſi legat plenè intelligat, vel ſi intelligat aut inuentione imitetur, aut elocutione æmuletur) tantóne ſuperior *fortunâ* (vt ipſe ait) *anhelantem in penetralia deducente*, vrbes has aureas in huius rete per ſomnum protrudente? Crol. ib. p. 93.

— *gallina hic filius albæ?*
*Nos viles pulli nati infœlicibus ouis?* Iuuen. ſat. 13. 141.

Imò vtcunque illi *abſolutam huius artis cognitionem ambitioſe ſibi arrogant Theatrici Philopluti, & Philochremati Philoſophiſtæ* (annon in his Anthonius?) eſt tamen p. 87.

*Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda*
*Attonita.*— Sat. 7. 66.

Sed *qui ſcit eruere* (quid qui deſtruere?) *qui arte tractare* (Michelio *non tractat aurum Chymicus*, nedum *arte tractat*) Mich. med. ver. p. 246.

quid tandem aſſequetur? Hic ait, *concipiet*; at Crollius, *comperiet*. Hic ſubuentanea nonnulla *concipit*, quæ nunquam
202. pariet, nedũ comperiet. Quid illud? *Aurum quod viſum ſterile ac mortuum, nunc prægnans, viuum:* addit ille, *vt germinet, nouum aurum progeneret*. Impręgnatores ſtrenuos: reſuſcitatores miros: aurum ſcrofã fœcundius. Sed nondum hoc compertum huic, vel illi. Cum mula peperit, hoc iſti ſi comperient, Præcipui ſunto,

Perſ.ſat.2. 57. —*ſitq́ illis aurea barba.*

Crol.ib. præf. p.87. Nat.Com.my l.6.c.16. Ille *de explorata certitudine nonnulli ſceleratiſsimè mentiri*: hic licèt mentiatur, non eò compertum magis. Ixion nubem comprimit, impręgnat, pro Iunone, Centauros inde ſuſcipit, vel Hyperphialum: ſed tortos angues metuat,

Vir.Geor. l.3. 38. *Immanemq́ rotam.—*

Crol.ib.p.202 Ariſt.pol.1. c. 10.f. At *inde Philoſophus medelam mirabilem*: non modò *metallum producet metallum, aurum generabit aurum* (qui tamen τέλος τῆς χρηματιστικῆς, vel ethnico Philoſopho ſit παρὰ φύσιν μάλιστα, familiaris forſan Anthonio, vt pars non pauca mercaturæ) ſed *Soli Sol reſiſtet, quinta auri eſſentia operationibus Planetarum*. Sed quid *Philoſopho* cum *medela*? Nempe eſt

Hip.ἀνχ. t.8. Plat.rep.l.3. medicus φιλόσοφος ἰσόθεος Hippocrati, τῷ φιλοσοφεῖν ἐγγὺς Platoni, μετάγει τὴν σοφίαν ἐς τὴν ἰητρικὴν, καὶ τὴν ἰητρικὴν ἐς τὴν σοφίαν.

Ariſt.ſan.& mort. Crol.ib. præf. p.67.mar. Quin ibi deſinit *Philoſophus* qui χαριέσσης, vbi incipit medicus qui κομψὸς καὶ περίεργος. Quin, vt ante *Crollius*, etſi non optimè, *Philoſophus à Medico, Medicus à Philoſopho oritur, vterque alterius radix, vterque vnum, omnium cocus Spagyrus*. Anthoni aures arrige. Nomen *Philoſophi* quo iure vendicet Chymiſta, non inuenio. Aut non fuerunt veteres *Philoſophi*, qui nihil horum: aut non ſunt hi *Philoſophi*, qui

A.Gel.noct. At.l 9c.2. nil illorum ſapiunt. Dolori eſt, vt olim Attico Herodi, *animalia ſpurca & probra nomen vſurpare ſanctiſsimum* Doctoris, doctioris *Philoſophi* vel Medici: cum olim Athenis nomen Harmodij & Ariſtogeitonis, tyrannos qui ſuſtulerant, ſeruis induere nunquam licuerit. *Concinnat* autẽ hic

*mirabile.* Sic

*Sic miranda canunt, ſed vix credenda Poeta.*

Sed æger, vereor, ex eo miſerabile ne concinat.

*Nil admirari prope res eſt vna medenti* Hor. l. 1. ep. 6. 1
*Solâq; quæ poſsit facere & ſeruare beatum.*

Θαυμάσια ferè mendacia, & præſtigiatores θαυματοποιοί. At *tollet vitia* (attollet forſan) *omnia* non modò *humanorum corporum morbis incurabilibus affectorum*, vt hic habet, ſed *& metallorum imperfectorum*, ille vt prætulit. Tam hoc quàm illud faciet: neutrum nimirum, aut vtrumque ex æquo. Si morbi incurabiles, quo modo tolluntur vitia? ſi vitia tollantur, quo modo morbi incurabiles? Crol. lib. p. 202

*Cur tua polliciti pondere verba carent?* Ou. ep. Hipſ. Iaſ.

*Mitto iam Paracelſum, eiuſq; teſtimonium copioſiſſima ſupellectile ditatum. Eius inuiſum nomen multorum aures haud facile ferunt. Ego igitur illum de induſtria mitto, ne fortè quis exiſtimet ab illo vno nouitatis auido fundatam eſſe hanc Philoſophiam, vt Dogmatici falsò calumniantur. Imò multis retrò ſeculis claruerunt Philoſophi, quibus hæc placita gratiſsima fuere.* F.A.

Sed *Paracelſus* quò *mittitur*? ad Athenienſes? an ad inferos? cum Siſypho vt verſet, voluat M.G.

*--non exuperabile ſaxum:* Vir. Geor. l. 3.

ad furcas? an ad arrugias? vt cum Cyclopibus ad menſes aliquot Plin. l. 33. c. 4.

*Sit vigilare leue, at peruigilare graue.* Mart. l. 9. ep. 70.

Abeat, quò dignus. Hic verò

*Secum habitet, nôrit, quàm ſit ſibi curta ſupellex.* Perſ. ſat. 4. 52.

Non *ditat* chymicus, ſed decipit. Cuius *inuiſum nomen* (addit Libauius *probroſum, pollutum, portentoſum*) eius acceptum dogma, ſectanda hæreſis? id ſi *aures non ferunt*, hoc animi excipient? Lib. in Mich. not. 2.

*--Dij talem terris auertite peſtem.* Vir. Æn. l. 5: 620.

Amandet igitur in terras vltimas ſectarius Monarcham ſuum; vbi nec Pelopidarum nomen nec facta audiat. Et ego iſthæc *mitto*. Sed *ab illo fundatam* vel *hanc Philoſophiam* Cic. l. 7. ep. 32.

Dogma-

*Dogmatici calumniantur?* Hic è Michelio hoc ſolum audiat hoc nomine; *Diabolus alios calumniatores appellat, quia tales omnes eſſe cuperet:* imò quia talis ipſe; à principio mendax; fratrum διάβολος. A fundamentis potiùs deſtruere connixus *Philoſophiam*, quàm aliquid momenti ſuperſtruere. Quin & Penotus tandem confeſſus, *ſua Paracelſum opera præcipua hinc inde ſuffuratum, à ſe nihil* enixum *præter* vitia & maledicta. Chronologus oportet hic ſit magnus, qui ſanè nullus eſt, vt antè *retrò ſæcula* enumeret, quibus *hæc* horum *placita* placuerint.

Ioſ. Mic. ap. chy p. 190. Pen. fin. Hel. lap. phyl.

*Caricter, vt in Euonymi theſauro.*

F.A. *Aurum potabile bibitum, Cordi lætitiam præſtat, eiuſq́, vires auget, & morbos repellit. Senectutem retardat, humores augens natiuos. Omnes corporis partes illeſas tuetur: Lepram curat: ſanguinem mundat. Hæc in genere. Ad particulares tandem deſcendit Morbos, ſingulis à Capite ad Calcem ſua ſpecifica aſſignans, qua tranſmutant operandi vim ab vno membro in aliud iuxta vehiculi proprietatem. Vt Capitis dolori, cum aqua Betonicæ.*

*Scotomiæ & vertigini, cum decocto Bugloſſi & Meliſſæ.*

*Lethargo, cum aqua ardenti & Liliis.*

*Memoriam corruptam, cum fœniculi decocto & Acororum potatum reſtaurat*

*Melancholiam ſubmouet, ommemq́, amentiam cum aqua boraginis.*

*Facit ad Morbum attonitum, cum aqua ardenti.*

*Cum Pæoniæ albæ radicis Luna decreſcente decocto, ad Morbum Comitialem.*

*Ad membrorum mollitiem, cum aqua Saluiæ ſtillatitia, aut decocto ex ea.*

*Ad diſtillationes ſeu Rheumatiſmos, cum Iridis aqua.*

*Ad fluxum ſanguinis narium, cum aqua Scabioſæ.*

*Valet & Tuſſi, cum aqua Capillorum veneris.*

*In ſputo ſanguinis, cum Plantaginis aqua.*

*In Phthiſi, cum aqua Mellis, & Lacte.*

*In dolore & abſceſſibus Pulmonis, cum aqua Cancrorum fluuialium.*

In

*In tremoribus Cordis, cum aqua Melissæ, & Buglossi.*
*In dolore ventriculi, cum aqua Menthæ, vel ipsius decocto.*
*In Calida dispositione, cum Rosacea, aut Myrtillorum aqua.*
*In Dysenteria, aut ventris tormine fluoréque, cum aqua Plantaginis.*
*In Coli dolore, cum Ardenti aqua.*
*In Vermium passionibus, cum zedoaria decocto, aut Absinthij.*
*In Hepatis tumoribus, aut obstructione, aut aqua intercutem, cum aqua Scariola & Hepatica in causa calida: in causa frigida, cum Spica Nardi decocto, aut Cinamomi.*
*In Ictero Morbo, cum aqua Caprifolij, vulgò Periclimenos nuncupati, aut sero Caprino.*
*In Lienis passionibus, cum aqua Fraxini, aut Tamaricis.*
*In Renum passionibus, oppilatione, & lapide, cum Tribulorum marinorum, aut Raphani, Alkakengi, aut Pimpinellæ, aut pulvere Philanthropos seu Aparine.*
*In Stranguria, & Renum vlceribus, cum Caprillo lacte.*
*In Mensium suppressione, cum aqua Sabinæ aut Matricariæ.*
*Auxilium sterilitati præstat, cum aqua Nepetæ & Lauendulæ.*
*Arthriticis, Morbo articulari, Podagricis, Ischiadicis, Chyragricis, & extenuatis, cum aqua ardenti, aut Paralysis, aut Lauendulæ.*
*Pestilenti febri, cum Acetosæ, aut Buglossi & Scabiosæ.*
*A veneno præseruat, & veneno affectos, morsosq; à Cane rabido curat, cum aqua Tormentillæ, Dictammi albi, & Bistortæ, aut aqua radicis Paoniæ.*
*Febres quotidianas, tertianas, quartanas, in accessione seu Periodi principio exhibitum, cum aqua Scolopendrij.*
*Vagas & erraticas, Causumq; cum serapio violato delet.*

Vtq; vnico dicatur verbo, asserunt Aurum potabile cum aqua ardenti nobilem inducere effectum in humano corpore, omnesq; ferè pellere morbos. De ipso autem in magnis Morbis scrupulum exhibendum censent: in mitioribus, scrupuli dimidium: in paruis, ad duorum granorum hordei pondus, deculpa decocti ipsi miscendo.

Vt autem potabile nostrum Aurum iuxta præscriptas hasce regulas proportione ac pondere iusto debitè administrari possit, aquum erit vt hoc Aurum quodammodo induretur, & aptum reddatur solutioni in quocunque liquore. Quod & nos paratum habemus, ne quid desit.

*ſit, quod ad tanti Myſterij complementum, maximè in capitalioribus Morbis ſpectare videatur.*

M-G. Quod nec *Euonymus*, vtcunque boni nominis & multę
Euon theſ. præf. lectionis (Geſnerum putà) ſed huic, quàm mihi, alius, aut amplior, audet in ſe ſuſcipere, pro certo vt definiat, etſi Chymicam proſapiam ab ouo ad mala vſque (vt dicitur) deducat. Sed eius *catalogum*, vt *Palmarij epilogum*, vt & ille & iſte conſultiùs omiſiſſet, quàm otiosè inculcaſſet, ſic & ipſe tranſiliam eo lubentiùs, quod eo nomine me monet Pindarus, ἑνὰ νόμον οἷς δίκαν τρία ἔντα διαρέσσει. Sint illa verò tria, Nihil dicit, nihil docet, ἄκιτος. Nihil dicit, etſi nihil non dicit: nam verum cum ſit ſimplex, falſum multiplex, *aurum potabile Euonymi* & huius non ſit vnum idemque (quia huius inuentum primum) aut ille, aut iſte verum non dicit, aut vterque falſum, ideoque nihil dicit:
Pind.
Ariſt. metaph. l. 4. c. 29. nam Ψεῦδος eſt ἐκ ὄντων. Nihil docet, etſi multa declamat, à cauſis qui non arguit, qui non deſcribit media, qui quod non poteſt fieri effectum ſomniat, ficta vt facta ſupputat. Si ſupra ſphæram vltimam locetur Archimedes, terram mouebit facilè: *Aurum potabile* ſi hic haberet, quemuis ſanaret vtique.

*Siſi non eſſet, perfectum quidlibet eſſet.*

Huic non credendum denique *à capite ad calcem* decurrenti, aut *mutato vehiculo mutari vires auri*, niſi *vires vehiculo*, quàm *auro* concedat potiores, quod & conceſſero; aut *in aqua ardenti omnes morbos depellere*, niſi *vehicula* excludat cætera vt παρεργὰ, quæ priùs concluſit vel præ auro ἐνεργὰ, quod & cõcluſero. Vehiculũ Euonymus è diſciplina Galenica affingit cuiq; propriũ (id ne ſit idem dubito, quod dicit iſte menſtruũ) hic vnũ calceum omni inducit pedi: (vinũ Hiſpanicũ) Ille, *non de chymiſtico, ſed naturali auro, decocto, intincto, extincto, & luminis* eiuſdem, eadem, eiſdem verbis profitetur, *Cardano* iſte quæ affinxit: Iſte *non de naturali*, ſed artificiali, chymiſtico, myſtico *ſpagyricè calcinato, diſtillato, ſoluto, elevato, indurato,*
Euon. c. aur. pot. p. 240.

Pro-

*Proiecit ampullas, & sesquipedalia verba.* Hor.art.po.97
Ille *eruditus credit vim planè nullam esse auri simpliciter decocti, nisi quid ipsa potest persuasio.* Isti inerudito persuasissimum, ipsius *bibitum, augere vires cordis, tueri partes corporis, mundare sanguinem, curare lepram, senectutem retardare, morbos* (quos non?) *repellere.* De culpa huius in dosi seu *pondere miscendo ipsi deculpa decocti*, id solum annoto, errorem esse, vel huius, vel typographi: quin imò huius, qui nec à prælo, nec in praxi correxerit, quin auro affundat decuplum liquoris: cum *guttam vnicam* seu auri seu menstrui *propter acrimoniam in liquore millecuplo vix liceat* Libauio *excedere.* Hoc insignitum charactere dimitto Carictera, seu mauis Caricteriũ: malim Euonymus esset ἀνώνυμος, vt qui *Innominatum* ad hoc ipsum citat. Euon.ib.p. 238.
Euo.ib.p.235
Lib.Alc.l.2.tr. 1.p.95.

*Martinus Rulandus.*

*Mar. Rulandus in suis curationum Centuriis mentionem facit sepius de Spiritu vitæ Aureæ (quem nominat) Cuius vires & effectus varios quos in Morbis persanandis præstitisset, annexo Catalogo commemorat. Cuiusmodi sequuntur.* F.A.

*Alvum constipatam soluit.*
*Aperit & purgat Membrorum, venarum, meatuumq; omnium orificia obstructa.*
*Bilem vtramq;, Pituitam, & aquositates expurgat.*
*Calorem nativum confortat.*
*Calculos vesicæ & Renum frangit & educit.*
*Capitis Morbos Phlegmaticos,*
*Colicam frigidam & flatuosam sanat.*
*Cordi prodest, & corroborat omnia principalia membra.*
*Hydropem omnem, Ascitem, Anasarcam, tympanitem repellit.*
*Inappetentiæ medetur.*
*Ingenium acuit.*
*Iuventutem conservat.*
*Linguæ Paralysim sanat.*
*Lienem, eiusq; affectus corrigit.*
*Morbos Chronicos & contumaces,*
*Morsus Canis rabidi sanat.*
*Menses retentos citat.*

*Mulieres fœcundas reddit.*
*Peſtem ſanat.*
*Stomachi ardorem,*
*Spaſmum,*
*Stranguriam aufert.*
*Tormina ventris,*
*Triſtitiam pellit.*
*Tuſſim diuturnam, veterem, & recentem remouet.*
*Veneno reſiſtit.*
*Ventriculi flatus, ardorem, & alia mala depellit.*
*Vomitum compeſcit & ſedat.*

*Iſtæ, & iſtiuſmodi plures recenſentur facultates ſecretæ in Aureo ſuo ſpiritu, quem confecerat Martinus Rulandus Medicus.*

M.G. En, ut Catoni, *aruſpex aruſpicem cum videt, ridet*: ſic *Rulandi* Empirica empiricus cum audijt, mox adjt, *ſpiritum* ex ijs *aureum* vt hauriat. Eſt illi quidem *aureus*, & *rubeus*: ſed illi *hydragogum*, *phlegmagogum*, *pneumagogum*, *panchymagogum*, *purgatorium*; quid non? à Quercetano *coniunctũ* quippiã cum eius *vomitorio ruptorio*, quod *aquam* appellat *benedictã*, cũ *ſudorifico*, quod *aquam terræ ſanctæ*; cum *pantagogo*, quod *crocum metallorũ*; è *mercurio & antimonio paratum*, quod ſurſum deorſum cieat, vt iſta omnia. Germanum fratrem *auro potabili* hunc *vitæ ſpiritum* qui ex his audiat, num ſtatim id abſorbeat, ex *Aureorum* quod cognomine? vt illi ſcilicet in innocentem Roſcium, ad *nomen aureum Chryſogoni*, ex *eo gratiam & potentiam*, confugerunt. Quin potiùs antidotum Myrepſi *auream*, quæ etſi ne *auri* granulum, at tutiora multò complectitur? aut ſi quis *aurum* ſitiat, & re & nomine, *Alexandrinam auream*, quæ gemmas metallis iungit! Sed hic ABCedarium cum ſe præſtare vellet, cur vix recenſet medium, omittit numerum pluſquàm climactericum? An percenſere non potuit eodem ſpiritu? an ſatis putauit, dimidio vt crederetur, nam toti nunquam fidem fore? an reſeruare voluit, de *auro potabili* quod proclamaret ſuo? Si valent omnia *Rulandi*

*ſpiritus*

Cic. diuin. l. 2.
Mar. Rul. cur. emp. cent. 2. cur. 96. cen. 3. cur. 78. 79. 84.
Qu. phar. dogl. 1. c. 16.
Liba. trium. c. 12.
Cic. or pro. Ro. Amer.
Nic. Myr. ant. ſ. 1. c. 391. c. 1.
Rul. ib. cent. 2 ad cur. 99.

*ſpiritus*, Æſopus Anthonij valebit nihil. Videat, moneo, ne palmam præripiat, non dico ſenior *Rulandi* ſenioris *ſpiritus*, ſed ſanioris *Palmarij aurum potabile exuberatum*, iam nunc extuberans. Sed de *auro potabili* hic vult intelligi, quodcunque dicitur de *aureis*. Sic feret ſanè pretium: quin eo nomine, quæ bilem purgent, *aureas* deglubat pilulas, ſed *auro* vacuas: quin malo dignus *aureo*, tam ſcitè Pet. Palm. hiſt lepr. perſan.

*Declinat curſus, aurum potabile tollit.* Ouid. Met. l. 10

Eſt aqua, eſt elixir *vitæ*, ſed non, vt hic habet, *aureæ*; & illa longè ab hoc *auro* diuerſa; & in illis ſanè *ſpiritus*, ſed non, vt in illo, *aurei*. Hic caueat, ne huic dicatur, Tuum tecum pereat *aurum*. Sed ad implendas paginas & faciendum populum *catalogi* hi vtiles, quantumuis futiles. Nemo agyrta circumforaneus merces proſtituit mendaces venum, buiuſmodi *catalogum* qui non affigat publicè; vt apud nos nuperrimè tincturam Auri qui aduexit, & qui Antidotum è carne viperarum, ſed vereor ne iſte multo verior. Verùm his omnibus Laconica ſufficiat reſponſio affixa ſigillatim, Hunc ægrè purget excuſatio, ſe cum *Martino* ἀμαθῆ. Weck. ant. l. 2.

*Tedium foret & ſuperuacaneum Philoſophantium teſtimonia vlterius proſequi. Noſtra hæc oratio longiùs æquo (quod vereor) expatiatur. His ſuperſedendum cenſeo, breuitati ſtudens.* F.A.

Sed tandem ſenſit, an tè ἀναισθήτως, quæ περιῤῥέουσαν illi effluxerint, & tædio vt fuerit, & ſit faſtidio. Philoſophari voluit cum Neoptolemo; paucis non potuit, qui ἀμετρόμυθος, & ἀμετροεπής. Expatiatus æquo longiùs, M.G.

*Solus an in ſicca ſecum ſpatiatus arena?*
*—— an ſpatijs excluſus iniquis?* Virg. Geor. l. 1 l. 4.

num æquo frœnos inhibet? ſe cohibet? ſuperſedet? ſtatiua figit? an magis ἀχαλινώτως ἐφίεται, auxiliaribus productis copijs, in aduerſarium nunc ſpei perditæ educit velites?

*E contra Eraſtus Medicus alioquin celeberrimus, quæ de Auro Potabili traduntur, fabulas eſſe, & Impoſtorum nugas clamitat. Sed* F.A.

*non ferat quis iudicium temerè de ignotis. Ille non Aurum ſolummodò & Argentum, cæteraq; Metalla, ſed Gemmas etiam, Margaritas, Corallum, omnia denique ſubterranea ac foſſilia, eò quòd vitam non participant (vt ille vult) è Medicorum familia exterminat. Nullam enim Eraſtus aliam agnoſcit in rebus creatis vitam, quàm quæ manifeſtè vegetans eſt aut ſpirans, vt etiam Peripateticis placet. Sed nihil eſt corporale ex creatis rebus omnibus, quod non habeat in ſe latentem quendam ſpiritum diuinum donum, alienum quid à corporea mole, quæ ad agendum penitus eſt inepta.*

M.G. Ex aduerſo prodit πρόμαχος.

*Primus ibi ante omnes,--*

*Eraſtus*, ἐραστὸς, vel ipſo nomine amabilis, σοφίας ἐραστὴς vt de Numa Plutarchus: quo nomine adiungam id diuini Platonis vaticinium, τὸν μὲν τῷ ὄντι φίλον καὶ ἐραστὴν, ἀνάγκη πᾶς τῆς ἄμορφος φύσεως αὐτῆς πόρρω μεταστῆναι, quod Cicero interpretetur. Illi ab hoc nigro affingitur, quòd priùs à *Rubeo* affixum *Braſauolo*, *Fallopio*, *Baccio clariſſimis* ſignificaui. Id verò vulnus quo modo hic declinat? Tritum retorquet telum; *Non ferendum iudicium de ignotis.* Quaſi non norit vir acutiſſimi ingenij, acerrimi *iudicij*, de quo *ferat* ſententiam. *Ille* non tam πυρίεργος, tam πάϱεργος, de *nugis*, *fabulis*, vt vellet nimium noſſe, cum *impoſtoribus* rem habere. Sed pro ſe ſic reſpondit. *Quid? an & magiam me exercuiſſe & didiciſſe oportet, ſi refutare eam rectè velim? Ratio ſimilis eſt artium. Ignotum, cum de veris & vtilibus artibus dicitur, probroſum eſt; cum de falſis, impijs, ſuperſtitioſis, noxijs, laudem mereatur qui eas damnat & confutat, priuſquam didicerit.* Non ignoſcetur igitur Anthonio, ne ſit *iudicij* reus, nefarius, abominabilis, me accuſante, ſi nummos confecerit adulterinos, in diem præſtituturum venena ſi miſcuerit, ſi γοητείας, μαγγανείας, πυρὸς ἄϱϱητον ὕδϱο, γῆν γαστρὸς λεπτὸν ὑπὸ πεπρωμένην profeſſus fuerit, etſi tam fatear *ignotum* mihi, hæc vt fiant, quàm hic an fecerit. Si hic vt Simon Magus, imò alter Dædalus, per aëra volandi artem inſtituerit; ſi vt Xanthus Æthiopicus ſe abſorpturum maria ſpoponderit; ſi clauam Herculi,

Plut. Num. Pomp. Plat. Tim. Cic. Vniuerſ.

Hier. Ruſ. deſt. l. 2. c. 20.

T. Eraſt. ep ad Mon. p. 303.

304.

Vit. Æſ. c. 18.

Herculi, arcum Cupidini, fulmen ſe Ioui extortutum promiſerit, hunc ego mente captum, *iudicio* deſtitutum quia iudicem, ſi velim reſtitutum, vt *expuat helleboro morbum*, Anticyras dimiſerim. At *Ille* (Eraſtus ſcilicet) *metalla, foſſilia, ſubterranea exterminat.* Quin hunc cum illis? Num omnia? pura, impura, parata, imparata, ſoluta, integra? vt alimenta? an vt medicamenta? Hic ait neſcius, is negat ſibi conſcius, quid ſenſerit, quid ſcripſerit. Vtri vos creditis? Eraſti quæ eſt ratio? ῥᾴστη, facillima. *Quòd vitam non participant.* Nam illi *vita vegetans aut ſpirans, vt & Peripateticis.* Authoritas & ratio commilitones ſtrenui ſternent hoc ζῶον ἄλογον. Quid enim huic τὸ ζῆν? quid ζῆν? quid ζῶσι? quid ζῶν? Nam ſola nobis viuunt ζῶα, ζώουσι, καὶ φυτὰ, quia ſolis ineſt νοῦς, αἴσθησις, κίνησις, καὶ μονὴ ψυχῆς διαθέσεως. vnde αὔξησις καὶ φθίσις. Vita eſt motus ſui: & viuere eſt ſe mouere. Vita ſignificat vel vires animæ, vel actiones: vt vires ab anima, à viribus ſint actiones. Tantiſper nobis viuitur, dum reſpiratur. A non viuentibus quæ viuunt diſtinguuntur, δυνάμεσι μεταλήψεως, ἐκ ὑπάρξεως πνεύματος. Huic tantum abeſt, vt vita ſit ζωὴ λογικὴ quo hominem ſe probet λογικὸν, vt cum Platone potiùs id dicat ex Euripide, τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστὶ κοὐ θανεῖν, τὸ κοὐ θανεῖν δὲ ζῆν; καὶ ἡμῶν τῷ ὄντι ἴσως τοὐναντίον. Saltem, βίος κίνησιν, ὡς βίος μορίζεται: tantam vim adhibet, vt vitam metallis tribuat. Eſt *ſpiritus in omnibus.* Ergóne vita? Nempe cum Ariſtoteli, συνθέσεως ἡ συνδέσεως ψυχῆς τοῦ σώματος, τὸ ζῆν, & *vita* Scaligero ſit *vnio animæ cum corpore, non actio, ſed actus anima*, ἐντελέχεια, non ἔργον: tum Chymicis hæc *vnio per ſpiritum; vt anima organum ſit ſpiritus, vt corpus organum eſt animæ: qua anima ſit vita corporis per vnionem naturalem, vt anima vita ſpiritus per ſupernaturalem vnionem.* Quæ etſi perplexa, otioſa, vt *vitam* tamen inferant ex *ſpiritu*, & ſimul animam ex *vita* metallis inferent; non puto λογικὸν, nec credo αἰσθητικὸν, num tandem δρεπτικὸν, vt alant, vt alantur? Tam illas, quàm hanc arbitror: nec illis

Hor. l. 2. ep. 2. 137.

Arist. anim. l. 2 c. 2. t. 13. vit. mor. ref. c. 18.

Tol. in phy. l. 2 c. 1. q. 2. Gal. met. med l. 9. c. 13. Dif. resp. l. 1. An ſan. in arr. Cæl. Rh. an. le l. 20. c. 11. Plat. in Gorg. Eur. in Suppl.

Arist. metap. l. 8. c. 6. Scal. ſub. ex. 102. 5.

Dorn. phyſ. Triſm. Phil. medit.

illis vllam difficile concludere, qui omnia in omnibus, & quodlibet ex quolibet. His igitur communio & vnio, & inde facultates, & inde actiones vitæ quatuor, *intelligere, sentire, moueri, nutrire:* quin Crollius & quintam addidit, (quam hic omisit antè) *progenerare*. Quod si *metallum prægnans*, germinans, generans, viuens admittit iste, quare excludit *vegetans?* cur non, vt ille cecinit,

*Excudent alij spirantia mollius æra,*

sic iste *spirans* recinit? cui *ineſt spiritus*; ſed *latens*; *in craſſiori materia*; vt ergo *latens? alienus à mole corporeâ*; vt ergo *ineſt?* vt agit? vt arte *in lucem fertur?* Nempe *demonſtrat Magnes, Gagates:* de quibus, quæſtio è centum vna ſi ab hoc peteretur, ſtuperet *ferreus*, nil dignum *paleâ* reſponderet: *occultiori quodam modo fieri* (vt hîc) fortaſſe diceret, quod *aſinorum ſacram anchoram, & imperitorum portum* agnoſcit Quercetanus.

Scal. Subt. ex. 23. 1.

Crol. baſ. ch. p. 202.

Hic. pag. 13.

Virg. Æn. l. 6.

Qu. reſp. ad Aub. p. 14.

F.A. *In ipſa Mundi fabrica, vbi primùm terræ facies & interiora eius viſcera rebus ſingulis obueſtita ſunt, Spiritus Domini perluſtrauit omnia, in Cœlis, ſupra terram, in Mari, & in terræ viſceribus ad eius centrum vſque penetrans: & hoc Spiritu ſingula ſunt repleta, & erant omnia valdè bona. Nihil ſuperfluum inuenitur, nil diminutum, nec quicquam Numinis expers. Diuinitus eſt igitur infuſus rebus omnibus ſuus quidam Spiritus, qui continet in ſe occultè creatæ rei potentiam, vim, virtutem, vitam, qualem Deus poſuit in creaturis ſuis.*

*Mineralia autem præ aliis rebus omnibus, occultiori quodam modo viuentia ſunt: vt ferrum Magnete, in Gagate palearum attractio nobis demonſtrat. Et quamuis iſta rerum Metallicarum vita craſſiori quadam cohibeatur materia, poteſt tamen arte ſecerni, & in lucem afferri, ad perpetranda miracula in humano corpore.*

M.G. Sed quo afflatus *ſpiritu, diuinum ſpiritum* deducit ad fodinas? An ignem è cœlo ſuffuratur in ferula? non modò ferulam, ſed ferrea vincula & iecur exedentem aquilam exhorreſcat. An ignem extraneũ infert in aram *Domini?* hinc ignem ab illo deuorantem extimeſcat. Principio Geneſcos,

Nat. Cõ. my. l. 4. c. 6.

Leuit. 10. 2.

Gen. 1. 2.

ſeos, quòd *Spiritus Domini* (de quo, det *Spiritus*, loquamur reuerenter) primo die, ſeu *illorum* primordio *ferebatur ſuper aquas*, legimus (quod horret meminiſſe animus, quàm irreuerenter, irreligiosè, obſcœnè interpretentur Chymici, vt & præ reliquis id Canticorum Canticum, id Sanctum Sanctorum, id Sabbatorum Sabbatum.) ſed quòd *hac ſpiritu repleta deinceps ſingula*, non legimus. Quin ſi *ſuus quidam ſpiritus infuſus eſt omnibus*, ſit ille θυμικὸν, ſit θεῖον, at non θεοῦ, à *Domino*, non *Domini*. Nec verò *vitam* legimus, aut *vita* animam, ante diem quintum; nec *inſpiratam*, niſi in homine. Quin *ſemen* legimus in die tertio, *quod fructum proferat*, ſed id *in plantis*, non metallis. Quid demum homini reponitur præſtantius, quàm *Spiritus* vt *Domini* in illo reſtet? Sint *valde bona omnia*: hic ergo nihil addat, ne auro quidem vitam: imò nil adimat, ne auro formam; quam qui viuenti adimit, & vitam ſimul eximit. Hic autem creator nouus, quod primus Creator ſine *vita* condidit, mox *viuum prægnanſq́;* reddet, *regenerabit genitrix*: an potiùs quod Ille ex nihilo egit in aliquid, ex aliquo in nihilum hic Ἀπολλύων rediget. Ita mentis hic *expers*, dum dicit, *—nec quicquam mentis expers*: quod tamen alij dixerunt probi, pij, ſed mente longè aliâ. Deus vt ſit omnia in omnibus, ante omnia, per omnia, poſt omnia, intra omnia ſed non incluſus, extra omnia ſed non excluſus, *in quo viuimus, mouemur, ſumus*, *—Iouis omnia plena*, hic non aſſequitur. Quia Heracleitus in caſa furnaria, in Heracleito Deus, ideoq́; ἐνιπνεῖ θεὸς,

(*—Deum namque ire per omnes*
*Terráſque, tractuſq́; maris, cœlum q́; profundum*)

ſeu θεῖν, ſeu θεῶν dixeris: non quòd hic turno, ſed nec auro concludat Deum; niſi huic autem Deus, vt Crollio, *omnis Natura*, Naturæ & πλῆς, & πλείωσις, & πλήρωμα omnium; *non vires modò metallorum, ſed ipſa complectens omnia; nec modò virium cœleſtium, ſed ſupercœleſtium id re-*

Lib. 1. ep. 43

Gen. 1. 10. 2. 7. 1. 11.

Geſn. ep. nunc in quadr.

Scal. ſub. ex. 365. 10. Act. 17. 28. Virg. ecl. 3. 4.

Plat. Cratyl. Ariſt. par. an. l. 1. c. 5.

Crol. baſ. ch. p. 206.

P.205. *ceptaculum, Sol Philosophicus & terrestris, cuius cœlestis spi-*
P.208. *ritus, vitam omnibus elargiens, DEI imaginem gerit quàm proximè.* Nec verò *aurum* (vereor) ista obtinuit à Protoplaste, sed his Iconoplastis epitheta:

Pers.sat.2.69. *--in sacro quid facis aurum?*

non *vbi primùm interiora terræ viscera rebus singulis sunt obuestita* (res singulæ an *viscera* obuestiunt? *visceribus* an vestiuntur? vtrumque ἀλογολόγον) sed quum detractâ veste

Ou.Met.l.1. *--itum est in viscera terræ;*
139. *Effodiuntur opes: irritamenta malorum.*

Sed quorsum hæc omnia finguntur, elimantur, elaborantur Chymicis? *Ad perpetranda* scilicet *miracula.* Facinorosũ aliquod flagitium audiui *perpetratum*; non audio *miraculum.* Tam nolim *miraculum*, quàm ab his monstrum fieri. Non
2.Thess.2.9. expectanda hoc sæculo *miracula*, nisi ab *Antichristo mendacia*; nec his credendum vtique: etsi Libauio, *Saluatoris miracula, Chymicorum promissis collata, miracula esse desinant.* Sit pro *miraculo*, si quicquam boni fecerint.

Lib.1.ep.25.

F.A. *Erastus ille, longè verborum serie demonstrare contendit, in vitâ carentibus, qualia sunt (inquit) superius commemorata Metallica, Gemmæ, Margaritæ, Coralliorum, lapides, & huiusmodi, nihil esse in illis vtile quod Medicamenti rationem obtineat, cum virtus Medicinalis in vitâ solâ consistat, vegetabili scilicet aut animali. Quanto satius ac melius sentijt Petrus Severinus Danus Philosophus ac Medicus in Idea suæ Medicinæ Philosophicæ, sub his verbis.*

M.G. Ab *Erasto* intorta, huius sic

Virg.Æn.l.4. *--hæret lateri letalis arundo,*
l.7. *Vt demente fugâ syluas, saltusq; peragret.*
*Hinc imploranti similũ tectum omne repleuit.*

Distinguit ille, quæ confundit iste; *metalla*, & *metallica*; alimenta, & *medicamenta.* Demonstrat ille, quæ non videt iste. Facultas, quâ agunt *medicamenta* omnia, est ex ipsorum *vita*: non est in istis *vita*; nec est facultas igitur. Quibus deest *vita*, his & *virtus*: *metallis* deest *vita*; ergo *virtus.* An clauum

uum hîc clauo pellit? an totus telum excipit? an vt ſe Teucer tueatur, ſub clypeo Aiacis latet? an vt lepus laſſatus recentem leporem exuſcitat deuoraturo cani? Succenturiatum appellat *Seuerinum*: ſubmittit illum, ne iugo ipſe ſubmittatur. Nolo ſeueriùs in hæc ſtatuere, quæ *Seuerinus* ſtatuit. Germanos nolo committere: nolo luctari mortuos, nedum cum mortuis. Sed ſi quid ego ſentio,

*—impar congreſſus Achilli:* Æn. l. 1.

nec ſenſit hîc ſatis, quàm parum hîc dicat grammaticè *ſentijt*, nec ille quàm *Eraſtus* de his *meliùs*; ne addam ſuperfluum id *ſatiùs*. *Ideas* Platonicas exploſit Ariſtoteles: hanc ego nolim. Sed Ariſtoteli de hoc interroganti, quin præmonenti vt reſpondet? Ariſt. met. l. 13 c. 4. Eth. l. 1. c. 4. f.

Πῶς ἐκτεινόμενος ὁ τὸν ἵππον ἀνιὼν τοῦτο μόνος; καθ' ἑκάστου γὰρ ἐκτείνει.

*Perfectiſſimorum corporum Balſami & deſiderata proprietates* F.A.
*tàm duris corporum carceribus continentur, vt fauorem & beneuolentiam quam humana Natura debent, demonſtrare non poſſint. Ita Corallorum, Perlarum, Gemmarum, Auri & Argenti, reliquorumq; Metallorum virtutes, dolent ſe fruſtra in mundanam prouinciam veniſſe, & Mortalium ſceleſtam temeritatem continenter accuſant, quòd tantarũ predeſtinationum immemores, ad quas Naturæ prouidentia deſtinabantur, in peregrinos & infames vſus, tantarum rerum Maieſtatem commutauerint. Impuritatem pellis, inſcitiam mentis tegere coguntur, & doloſa ſuperbiæ, auaritiæ, luxuriæ, perfidiæ, adulterij, diſcordiæ, & mortis miniſteria ſubire. Hoc eſt, in non naturalem vſum res transferre, iniquas vſuras exercere. Inuenti ſunt qui folia Auri Electuarijs & Tabulatis miſcuerunt, qui pulueres Corallorum, Perlarum, & Gemmarum ad confortationes Cerebri & Cordis magna ſimplicitate exhibuerunt. Infœlix mortalitas: inutilibus quæſtionibus & diſputationibus vitam traducimus. Naturæ precipuos theſauros, in quibus grauiſſimorum morborum Medicinæ ab Altiſſimo collocatæ ſunt, intactos relinquimus. Nec ipſi ſolùm relinquimus, ſed alios inquirere volentes, prohibemus, impedimus, condemnamus, irridemus, & Mille ludribijs afficimus. Hæc ille.*

Sed age, dicat *Seuerinus Balſamos* (quæ alij appellent *balſama*, & ipſe alibi, & apud ipſum Pratenſis) *in duris cor-* M.G. Pet. Seu. l. d. c. 15. p. 391.

*porum* (adeoq; *perfectissimorum*) *carceribus*, quæ quid sunt nisi corpora? Affingat fossilibus (seruire natis) *maiestatem*: affingat prosopopœiam *dolentium* & Crollio incontinenter, huic continenter *accusantium* (in suos dominos) affingat (impropriè, & quantas nescio) *prædestinationes destinatas*: affingat *thesauros medicinarum*, vnam cum statuat: obtrectet alijs *incoctum aurum* (hic quod omisit) *immistum*, quod hic admiscuit, *magnâ simplicitate*: quid ad Erastum ista? seu mista, seu non mista, seu mystica, sophistica? Imò hic quid ad illum? qui *medicamenta* censet, recenset, *planè venenata* (huius alexipharmaca) *antimonium*, *mercurium*, *sulphur*, *vitriolum*, *mineralia ferè omnia*: vtcunque mox concludit *necessaria* (quis præbibat, quis ebibat non necessariò?) *nec sine præparatione adhibenda*: fidem temerè quis habeat, quòd & peritiam & fidem habeat qui præparet, vt purum ab impuro, quâ par, quâ fas est, separet? Sed ænigmatici, & vt Raimundus loquitur, *vbi apertiùs, ibi obscuriùs*, an Medici (vt ait Cacophrastus) an Chymici (orbis dijudicet) *sibi conficiunt dictionarios & vocabularios mirabiles, vt qui inspiciat, is non recedat indeceptus.* Nouum cudendum Lexicon (è Noui Orbis forte Moronia) noua memoria fingenda, affigenda, vt Cacophrastum, Seuerinum, ex ea fœce seu phrasi Chymicorum quempiam, non dico hic intelligat, sed quisquam alius; hic dicet, alienus. Quin vt Augustus, increpem Antonium, *quasi insanum, quòd ea scribat, quæ magis* homines mirentur, quàm intelligant?

Crol. bal. chy. p. 216.

Seuer. ib. p. 382.

Io. Brac. lig. vit. p. 33. Parac parag. c. phil.

Mer Brit No. Or. c. Mor.

Suet. Au. c. 86.

F.A. *Non enim ad seruilem solummodò vsum creauit Omnipotens suprema illa corpora. Non (inquam) ad explendam cupiditatis sitim, non ad ornatum, non ad pompam, aut ad superbia ministeria. Altiora sunt Arcana, quæ in eorum abysso recondita latent.*

M.G. Sed satis non dixit ille, ex illo Crollius: hic quid accumulat? *Suprema corpora*, quæ mox sunt *in abysso*. Nimirum subterranea. *Non ad vsum seruilem. Subiecta homini à Deo*

Seue. Crol. } vt sup. Ge. c. 1. 28. 29.

nescit

neſcit *omnia*. Hic auro *ſeruit*, non huic aurum. *Non ad ornatum.* Quid κόσμος ſignificet, quid Mundus ſignet, neſcit. Si *medicamenta*, quomodo non vſui? ſi quædam κοσμητικὰ, quo modo non ornatui? Sed *ad altiora* aſpirat *arcana*. Illa in abyſſo ἀνιχνίαστα, ἄρρητα, ἀνεξερεύνητα, ἀκατάληπτα. *Abyſſus*, mirum, niſi abſorbeat: nec hic natator Delius, & dignus mergi, qui dignitatem domini ſubmittat ſeruulis. Et illa *latent* meliùs, & iſte tacuiſſet.

*Præterea contra Eraſtum illum, liceat mihi opponere Ioſephum Quercetanum Medicum, nuperrime reſpondentem ad fantaſmata illa Anonymi cuiuſdam Pariſienſis, ſub nomine (ſcilicet) ſexaginta Medicorum Pariſienſium, vno eodemq; Morbo laborantium. Ille fuſiùs hæc omnia exarauit.* F.A.

Nec Seuerinus ſufficit; quercino robore ſufficiendus *Quercetano.* M.G.

*Sic certent cygnis vlulæ: ſic aurea duræ*
*Mala ferant quercus.*— Virg. ecl. 8. 55.

Dares Entellum prouocet. Sed vana ſpes eſt Lauſo Æneam conficiendi, Mezentius quem non conſôdit. Ille arces ægrè propugnauit ſuas; artes ægriùs oppugnet noſtras. At *ad Anonymi reſpondit phantaſmata*: phantaſticè, ὡς φαίνεται, ἢ ἰμαντώδως. Is verò qui Anonymus, qui à ſeipſo diſertè nominatur? Non minùs ille, quàm huius Euonymus, illuſtris Riolanus; addo, *inuictus*, è Palmario; & addo ex eodem, *confectum ab eo Quercetanum*: quin & ab illo, *dux belli in Libanium, Philoſophus eximius, Ariſtoteli ſecundus, ſydus Schola clariſſimum*. Nec ſunt *illa* illius *phantaſmata*, ſed φάσματα, non ἐπιφαύσκοντα, ſed ἴσματα, imò ἴσχνανται τῇ ἀληθείᾳ. *Sub* Scholæ *Pariſienſis nomine* quòd *militet*, eſt in honore, cum nomen honoratum, *Scholam matrem honorandam, ſaluberrimam, clariſſimam* agnoſcat vel Palmarius perculſus, Scholâ pulſus. At *ſexaginta Pariſienſes medicos eodem morbo laborantes*, addit hic Æn. l. 5. l. 10. Io. Riol. ex in Qu. p. 110. Pet. pal. lap. ph. ep. lect. Laur. pal. ep. ded. pag. 2. 43. 4. 5. 43.

Ἄλλοι ἰατροὶ, αὐτοὶ ἄλλοι ἡμῖν.

Multi δυὸ λιθοι, magni authores, Censores graues, literati
Par.3 par.chir ma l.5.p.203. Doctores Lutetiani: *in quibus auri virtutes supra 60.* vnus
Quer. incur. in R.p.46. tam multis, tam magnis, tam grauibus, tam literatis, num
Miroir du mond. audet contradicere? quin maledicere? *Homunciones* etenim compellat ille homulus; & parum Poeta (nisi quòd fingit validè) sed planè Suffenus sui (dum se in Mundi
Quer. incur. p.9.10. speculo maiore contuens Narcissus deperit) de suo certamine cum Riolano, acsi *Mercurij cum Stentore* (vnde hoc didicit?) vel *asini cum philomela aut luscinia* (vt has distinguit?) renunciat, *iudicium pronunciasse Scholam Parisiensem* Medicam, quasi *Midam*, & *idem præmium sententiæ reportaturam*: auriculas reseruet sibi. Non vt Orator
Cic.or.pro Plan. populũ, sic ego Scholã tueor: *Malè iudicauit, at iudicauit; non debuit, at potuit*: sed & debuit, & potuit, & censuit, vt decuit, quod ipso, ipsâ dignũ. Censura est: & quam non facilè absterserit, litura inde adhæsura. Scholam qui flocci, Censuram parui pendunt, aut frons, aut mens est illis nulla; pendeant. Sint nani, Gigantibus, quo imprudentes; sint Gigantes, at terræ filij, Dijs ipsis indicunt bellum, quo scias impudentes. P. Palmarius, dum honoratum Doctoris titulum à matre honoranda accipit,
Pet.Pal.laur. p.14. *sacramento astringitur, eius causam dicere, artis honorem propugnare*. Penotus Basilicnsibus *in Doctoratus gradum suscipiendo astrictus iuramento, se nihil pro Paracelso amplius scripturum*. Quin ipse Quercetanus *iureiurando veræ Asclepiadeæ familiæ colendæ & propagandæ obstrictus*. Horum me-
Pen.tr.4.ep. ded.p.221.
Quer.diet. p.210. minerit non ita pridem Doctor Anthonius; sed fide meliore; nec Scholam pòst oppugnet. Nec refert; nisi doctior. At *sexaginta laborârunt morbo*. Quo? animi, an corporis? Neutrius iste medicus, vtroque qui ægrotat. Pulsum an tetigit, vrinam an inspexit iste ἰητρικωτερος? Illi superstites, ille occubuit. Hic autem ἄλλος δρυὸς: mox ingeritur κραμβῆς ἄγαν.

F.A. *Operæpretium est (inquit ille) oculis obijcere, quantus & quàm*

*pre-*

pretiosius fuerit auxiliorum Metallicorum vsus apud antiquos, quibusque modis Antidotos suas illis exornarunt ac locupletarunt, quas pra omnibus commendatissimas habuerunt, vt citra tamen preparationem ea Metallica Remedia vsurparent. Nihilominus negari non potest, quin vires maiores ea assequantur, ac efficacius agant, si solertis Chymici industria depurata, abiectis supervacaneis facibus noxijs potius quàm vtilibus, in vsum sic vtè preparata renouentur.

Et quamuis specie verbo, tenus Galenicorum schola, Mineralia non sine impio & ingrato fastu à suâ practicâ detestetur: tamen in grauioribus Morbis omni vegetabilium derelicto subsidio, ad Mineralia confugit, licet ea temere, ignauiter, & proinde inutiliter vsurpet. derelicto.

In Antidoto qua Aurea Alexandrina dicta est, hec Metallica recensentur: Sulphur, Aurum, Argentum, Saphyrus, Smaragdus, Iaspis.

In Antidoto è Rosis quem valere dicunt aduersus Stomachi calorem, Iecoris, Lienis, Pulmonis, omnemq; calidam totius corporis intemperiem. Cardiacis item, nec non ad omnem animi defectum ex caliditate ortum: inter cetera Metallica recipiuntur hec: Aurum, Iaspis, Sulphur, Crystallus.

Antidotus è lapide radiante, ad omnes Melancholicos affectus ac Cardiacos celebratissima est. In quam ingrediuntur aurum, nec non lapis lazuli.

Antidotus Mirepsò vindicata, qua Dysenterijs, ac Caliacis summè est vtilis, lapidem hematitem, Sulphur viuum, Alumen scissile, & vstam Calciditem excipit.

Antidotus qua Triphera dicitur, è ferro, frigiditati & humiditati ventriculi atque inflammationi, nec non frigidis & putridis humoribus è ventriculo, vniuersoq; corpore expurgandis conferens: stomomatis ferri libram vnam admittit, qua ferè reliquorum ingredientium pondus ex aromatibus adstringentibus ac roborantibus constitutum superat.

Hinc ameliuntur Antid. Argyrophora dicta. Antid. qua Eclogo nuncupatur, hoc est selecta. Quidam etiam ex optimis Mithridatiarum compositionibus habent, Sulphur, Nitrum, & adustum Plumbum.

Antid. è zinzibere intromittit lapidem lazuli, lapid. Armenium, Antimonium & Aurum: in deliquijs animi aut Cordis defectibus maximè

*maximè vtilis, vt ipſi venditant.*

*Si illi Medici, crudis eiuſmodi Medicamentis, noxijs potius quàm vtilibus, commendantur ac laudantur, cur nos tanto artificio, tamq́, ſalubri præparatione eorum virus infringentes ac innoxia prorſus, imò ſumme efficacia ac vtilitatis ea reddentes, ab imperito iſto Anonymo nouitatis impudentiſſimè inſimulemur?*

M.G. Quid *Quercetanus* nouum? quid non notum Eraſto? imò tritum ab ipſo? quod ſæpè ad nauſeam, demum ad rauim vſque. Signaui priùs loca, quibus aut eadem, aut ad eundem ſenſum: hîc prorſùs ἀλλότρια. *Aranit* quidem, ſed cum iuuenca aliena; idq́ue *profuſè* nimis. Nec reſpondent Eraſto; nec defendunt Anthonium. Id vnum probant ex alijs quæ afferunt, calumniari Chymicos, Galenicorum ſcholam illa neſcire aut negligere, in medicamentis varijs quæ adhibet. Sunt maledicta cætera, reijcienda. Hic autem grammaticè an peccet, an typographus, probet autographon, ad manus mihi. Ille ſatis Latinè, parum verè, ediderat, *Schola confugit ad mineralia, vegetabilium ſubſidio derelicto*, hic ſubdit, *derelicti*. Sed huius hæc minuta, & illa illius maiora crimina tranſilio, vt Quercetani parcam Manibus.

F.A. *Hæc ego ad literam tranſtuli ex reſponſione Quercetani ad Anonymum illum, qui vſque adèo aſpernatur auxiliorum Metallicorum adminiſtrationem. nec meliora his dare poſſum. Quin & Eraſtus ipſemet hæc omnia vel inuitus confitetur ſub finem ſui tractatus: vbi agnoſcit Galenum ipſum, & poſteriores etiam in quibuſdam confectionibus miſcuiſſe Aurum ad hilaritatem excitandam & mæſtitiam pellendam. Quid reliquum eſt igitur quod in hac cauſa defenſionis indigeat? Standum (ni fallor) iudicijs tum antiquorum tum recentium Medicorum, Dogmaticorum ſimul ac Chymicorum, qui vnanimi conſenſu admittunt in Medicinam Metallica auxilia.*

M.G. Hic *illis meliora dare non potuit*: credo: nec illa *meliora*, hic quæ ſic *dederit*; ſcio. *Eraſtus aurum* ſi admiſerit, *admiſuerit*, cur reprehenditur? an quòd admiſerit? an quòd huic *ἀγνώμων ἐριθάκης* ſit inſitum calumniari, litigare, vitilitigare?

gare? Quid ſenſerit *Anonymus* de *nouis* his *auxilijs*, Palmarius ex ipſo repetit, ipſius paſſim comprobat medendi methodus. Hunc hic non ita doctus vt norit, nec ergo dignus vt nominet: vix qui eodē die, nedum ordine vt nominetur. *Quod reliquum*, hic *cuius indiget?* an ſcuti, an ſcuticæ? At Ciceronem hic olet: adoleſcentem ſcilicet. *Per deos immortales, quid eſt in hac cauſa, quod defenſionis indigeat?* Quin pergit ἀπροπλινὸς? An *ingenium patroni requirit? an oratoris eloquentiam deſiderat?* Fruſtra eſt vtrinque. Dicam ſeriò. Verâ confeſſione, non falsâ *defenſione* opus habet. *Defenſionis indiget. Indiget* & ſenſu, & ſcientiâ, & phraſi, & fide, & fiduciâ, & cauſâ bonâ. Si ſe ſiſtat, ſi *ſtet* magis, ſeu *antiquorum*, ſeu *recentiorum iudicijs*, ſi *Dogmaticorum*, adeoque *Chymicorum*, actum de illo, cadit cauſâ. Illorum *ουμφωνία comprobet ſcientiam*: horum *διαφωνία arguat inſcitiam*. Huic veteres vt *Chymici* diſſentiant, ex his quos ipſe attulit oſtendimus: è neotericis, vix ipſe vnum afferet, qui huic *conſentiat* per omnia. Ipſum appello;

Pet. Pal. Iaur. p. 49. Io. Riol. mer. med. vn. & par.

Cic. pro. Roſ. Amer.

Gal. ac. diag. l. 1.

Iuu. ſat. 13. 2.

*—prima eſt haec vltio, quòd ſe*
*Iudice nemo nocens abſoluitur.—*

Hic omnibus ut numeris ſit abſolutus, aut omnium ſolutus calculis ex hoc *iudicio*, tantum abeſt, vt ſi interrogentur omnes, quotquot hâc Vrbe *Chymicen* vel plùs vel minùs ſapiunt, vel palàm vel clam faciunt, an verus *Chymicus* Anthonius, an verum faciat *aurum potabile*, vix vnum aut alterum repererit, qui ſuffragetur.

Sat. 15. 159.

*Vt ſit ſerpentum maior concordia.*

Id ex Hermetici Collegæ noſtri *Doctoris Rawlins Alphabetario* iam didiciſſe poterit, niſi ſit ἀναλφάβητος, cum gladio hunc ſuo iugulet. Sed caput hoc prægrande, prægraue huic corpuſculo, vt ὑδροκέφαλον, concludam Satyrici eiuſdem verſu

*Iampridem caput hoc ventoſa cucurbita quærit.*

Sat. 14. 58.

Admoueat tempori, admoneo; aut perijt.

## CAP. 2.

F.A. *Potentissima Medicina via latet in Metallis.*

*SAtis iam dictum arbitror (quantum huic proposito inseruire videatur) Remedia Metallica admittenda esse in Medicam familiam. Proximum erit vt doceamus, istius modi auxilia debitè præparata, validissimas obtinere vires in tota Medicina, tùm ad valetudinem conseruandam, tùm ad Morbos profligandos.*

## CAP. 2.

*De medicamentis, è mineralibus, vegetabilibus, animalibus.*

M.G. Plin.l 5.ep.6. HIc scriptor non meminit, vix legit (arbitror) neglexit saltem, quod *primum* Plinius *scriptoris* existimat *officium*, vt *suum legat titulum, & se identidem interroget, quid scribere occæperit; sciatq́, si materia immoratur, non esse longum, longissimum, si aliquid accersit atque attrahit. Aurum* Hor.art.p.136 *potabile* hic primo capite, vt *scriptor Cyclicus*, proposuit, non posuit; nec ostendit ad ostentationem, vt ostentum; nec demonstrauit ad fidem, vt monstrum; nec depinxit ad fucum, vt sit auri-pigmentum. *Aurum* sæpissimè intonuit, vt credam, quod omnes cupiunt, portabile: *aurum potabile*, non nisi septies, insonuit, vt credam, quod pauci credant, solùm putabile. Concludit illud ipse, vnde hoc incipit, de *admittendis metallicis remedijs*. Sed hoc si concedatur, quo modo hinc infertur, aut *esse aurum potabile?* aut huius esse? aut si sit, admittendum? A baculo ad angulum quod dicitur. Acsi argueret, Moly erat Homericum,

Hom. Odyl. x.& ι. Νηπενθὲς τ' ἀχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἀνδρῶν.

ergo *aurum potabile* & *est*; & tantum valet: nam Moly & Nepenthes herbæ, at isthuc *aurum* pretiosius. At *satis dictum arbitratur*, an arbiter hic honorarius? an nescit quid sit *satis?* Nam nihil ad *propositum*, seu quòd sit, seu quid sit *aurum potabile*. Num propius accedit ad id quod *proximè* adducit? Nam nil *docet*. *Admittenda metallica*. Quisnam excludit?

dit? E noſtris, ne *Eraſtus* quidem. Adduxit confitentem. E Chymicis nonnullos priùs attigi, ex his quos iſte attulit, qui de metallis peſſima, quòd homines peſſundent, tradiderunt. Sed vt tum obiter, ſic nunc perſtringam breuiter: ſi fortè grata breuitas. Quæcunque per ſe venenata, ſeu maligna, ea minùs apta medicinæ: ſed quædam metalla & his cognata aliqua ſunt per ſe venenata & maligna; ſunt ergo medicinę minùs apta. *Cognata* dico cum Eraſto, *Miſy, Sory, Hydrargyrum, Stimmi*, quæ ſi naſcentia periculoſa, creſcentia fient pernicioſa, vt *παῤῥη* putat Cicero. Id quod proponitur, conclamant omnes; id quod aſſumitur, conceſſit Monauius; id quod concluditur, admittat iſte. Addo. Quorum halitus in mineris ſuffocat, iugulat, hæc ipſa deuorata magis id facient; ſed metallorum halitus in mineris ſuffocat homines: metalla ergo deglutita enecabunt. Hinc id è Paracelſo, *Omne metallum intra corpus ſumptum eſt venenum.* Hinc id è Lucretio philoſopho-medico-poeta.

T. Eraſt. ep. ad Mon. p. 290.

391.

Pa. morb. met l. 2. tr. 1. c. 2.

*Quales expiret ſcaptenſula ſubter odores,*
*Quidue mali ſit, vt exhalent aurata metalla,*
*Quas hominum reddant facies, qualeſq; colores, &c.*

Lucr. nat. l. 6.

Pro nobis Dioſcorides, Plinius, Vitruuius, veteres; ab hoc Palmarius, Rubeus, Seuerinus ſi hæc non ſatis comprobent; at *Νοσμασὰι, ἐκκαυσαὶ*, foſſores, fuſores, aurifabri, ceruſſatæ mulieres, quibus putreſcunt oſſa, dentes vacillant, nerui langueſcunt, cerebrum liqueſcit, hepar inquinatur, apoplexia, ſtruma, paralyſis oboritur, hæc ſuo malo maximo, non dico docti, ſed quod maius eſt experti teſtantur, deteſtantur. Ad hæc. Inter agens & patiens debet intercedere analogia, ſympathia, & ſubſtantiæ ſimilitudo: ſed inter metalla & humanum corpus nulla conuenit proportio, conſenſio, ſimilitudo ſubſtantiæ (multo ſaltem remotior quàm inter vegetantia & animantia) illa idcirco agere, hoc pati, minùs nata. Nec enim nos in illa, nec illa

Dioſc. l. 5. c. 84
Plin. l. 33. c. 6.
Vitr. l. 8. f.
Palm. lu ven. l. 2.
Rub. deſt. l. 2. c. 20.
Seu. id. med. c. 15.

in nos verti vel operandum medico, vel eſt optandum: euerti vtraque timendum magis. Verùm vt Socrates naturâ quidem ſuâ ſe luxui, libidini, ebrietati deditum, (Zopyrus Phyſignomon de eo quod coniecerat) ſed philoſophię ſe ſtudio reſpondit emendatum, imò emaculatum: ſic quædam metalla Chymici cum nata fateantur venenata, excuſant tamen ne venena, ſi arte, ſi ritè *preparata*. Sic enim indiſtinctè Paracelſus: *Metallorum vſus citra noxam in medicina non eſt, niſi priùs comminuantur, alterentur, & naturâ metallicâ depoſitâ, in aliam eſſentiam tranſmutentur.* Natura ergo cedit arti, magiſtra miniſtræ, typo archetypus, fabro architectus, terreſtri ingenio cœleſtis genius, Homini Deus? an verò

Par compoſ. met. p.

Quer. tet. c. 3.

ἡ φύσις ἐπάντων ἦρξε διδαγμάτων κρατεῖ?

Ars quidem (fateor) Naturę ſimia, quod aliquando deficit, id quadam tenus perficit; gibbos complanat, mancos ſupplet, luxatos artus reponit; diductam reducit cutim; colores inducit cuti, crinibus; ſordes metallis eluit; emundat, eoque nomine emendat animalia; fuco obducit faciem; adeoque animæ cui inſidet quandoque rectrix præſidet, & alienę motrix aſſidet; vt ſæpe æmula, nonnunquã ſocia, victrix rariſſimè Naturæ prędicetur. Δεῖται δὲ συνεργὰ ζώσης τῆς φύσεως. Num ergo ars materiam, num formam internam, num eſſentiam, num rebus animam inducet, indet, induet? Num quod Natura mortale condidit, ars edet immortale? illa ἄψυχον quod edidit, hæc reddet ἔμψυχον? illa deleterium quod peperit, hæc reperit alexiterion? ex illa φάρμακον ἄχος? ex iſta φάρμακον ἄχος? Nos à Natura quæ ſunt facta, quærimus; obtrudunt iſti arte ficta: nos ſubſtantiales à natura formas, à formis facultates, à facultatibus commentamur actiones; iſti ſuppoſititios comminiſcuntur aliunde ſpiritus, & à ſpiritibus (quos, mirum) motus. Sed quod norunt etiam Poetæ,

Arn. Vill. l. de vin.

Fern met. me. l. 1. c. 1.

Gal. opt. ſect. c 41.

Pen. tr. aq. merc præf.

Propert. l. 3. el. 8.

*Natura vt ſequitur ſemina quiſque ſua,*

ſic

sic *Naturam expellas furcâ licet, vsque recurret.* Hor. l.1. ep. 10.24.
Nam *Custode & curâ Naturâ potentior omni:* Iuu.sat.10. 303.
*Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri.*
φύσις γὰρ ἀντιπαλάσσει πάντα, ait Hippocrates, *Natura* Luc.nat.l.2. 649.
Ficino *diuinitatis instrumentũ*, Scaligero *numen sublunare, sui vnius vnicũ exemplar, author, sequestra, hera, administra, nullius indiga, non precario, non coacta, non impedita.* Quod Hip.leg.t.1. Mar.Fic.in Tim.Pla. Scal.subt. ex. 6.2.
si hic verè dicat (etsi hoc ratò, nec tamen res est rara, quam nemo stultus nescit) nemo, ne *natura* quidem, *id dat quod non habet*. Ars nihil vt habeat, *Natura* quod non dederit, sic nihil dederit quod à *Natura* non acceperit, nedum *metallis vitam* intulerit, *Natura* inanimis quam non infuderit; nec facultates igitur viuificas, nec ἐνεργείας. De *vita* manente *in metallis*, manante à *metallis* tanta cum prædicent, dicant cui non viuenti priùs ars vlla *vitam* ingerat? nisi Antonij, aut artis Chymicæ id *beneficium*, quod est *latronum*, Cic.in Ant. Phil.2.
*his vitam dare, quibus non adimit*. Si *vixerint metalla*, dein mortua, sed ex his reuiuiscant, *à priuatione ad habitum* hîc fiet *regressio*, Philosopho ἀδύνατον. si nunquam vixerint, Arist.postpr. c.1.
malè dicuntur mortua, peiùs regenerata, pessimè viuifica. Hic quicquid tetigerit, vlcus est. Si *à nobis parata ventriculis auro & argento tantùm incrustandis ac obducendis prosunt*, vt putat Quercetanus; annon ab illis obsunt, vrendis, erodendis, elidendis, inquinandis? Imò Hermeticè *parata* sunt essentiæ, tincturæ, magisteria, arcana, balsama, quid non? & quas non vires? scilicet Quer.tetrad. c.32.

—*tantum artificis valet halitus oris,* Iuu.sat.10. 238.
*Quod fleterat multis in carcere fornicis annis.*

Verendum potiùs (tametsi verum) ne augeat, non minuat, *metallorum* malitiam, illorum per ignes præparatio, à quibus noxium retineant ἀμυσρεύμα; nec possint ignibus sic *præparari*, vt non semper noceant. Nam *ignis contra Alchimistas* (Monarchâ ipsorum confitente) *multo subtiliora venena euomit, quàm minera*. Lupum auribus tenent; si Par.morb. met.tr.1.l.2.c. 4.

non cautè, morsum, si non ritè, mortem timeant. Quin (vt priùs è Rubeo) *si destillata virus contrahunt metallicum, quanto id magis metalli substantia, potabilis qua redditur?* vt si epotet Hercules, exclamet protinùs,

Hier. Ru. def. l. 2. c. 20. p. 153

Sen Her. Oet act. 4.

*Eheu quis intus Scorpius &c.*

F.A. *Ad tuendam sanitatem Medicinæ conseruatiuæ debent multum durabiles esse, & à corruptione remotæ. Siquidem Natura non dat quod in se non habet: nec quicquam de seipso potest exerere, nisi id ipsum etiam in se contineat. At vero in vsitatis Pharmacis ac vegetabilibus plerisque, citò extinguitur omnis naturæ vigor. Quædam enim vno eodemq; anno enascuntur, maturescunt, & putrent: florescunt quædam iam, mox proximâ disparent horâ. Nimis igitur inualidæ sunt hæ species ad prorogandam in valetudine humanam vitam.*

*Idem de rebus Animalibus sentiendum est, licet in his interitus etiamdum tardior esse soleat, nec tam repentè eorum consumuntur ignes.*

*Mineralia autem longissimæ sunt ætatis. Diu in his Natura operatur antequam perfectionem suam assequantur. Diu in Cœlesti obedientiâ ac spiritualitate permanent: durante quo termino, virtutes Cœlestes de Cœlo continuò descendentes, penetrant in hæc inferiora, & vim præstantissimam infundunt in ipsum Metallicum radicale: vnde Metalla, omnia Elementata facilè superant. Ipsorum radicale humidum adeò constans est vt corrumpi nequeat. Nihil igitur materiâ Metallicâ magis durabile est: & per consequens sanitatis conseruatiuum maximum.*

M.G. Sed huius parerga vt circumcidam, in arctum compingam, si quod sit, argumentum; quale ex hoc capitulo nec parte libri aliâ, videtur posse elici. *Quæ multùm durabilia, ea sanitatis conseruatiua maxima; at mineralia longissimæ sunt ætatis; & per consequens conseruatiuæ medicinæ ad tuendam sanitatem.* Suam: an alienam? Maior insana; minor infirma; conclusio adulterina. Quæ *durant* ipsa, *durare* alia vt faciant, videtur duriusculum. Sibi multa *durant*, non alijs: vt illa illi dormijt, non omnibus. *Natura non dat quod non habet*; sed nec *dat* semper omnibus quod *habet*; & quod *det* alteri, non isti, *habet*. Quid si remota, non admota: si aliena, non

cog-

cognata? si inimica, non amica? si nolint etsi possunt, si non possint etsi volunt, sui copiam facere? Tam *durant* deleteria, quàm alexicaca: nisi assumptis, nemo magis vel minùs *durat*. Tam *durant* lapides, quàm Lapis Philosophicus; ne magis, metuo; qui vspiam si vnquam fuerit, euanuit cum vano possessore. *Ad sanitatem* lapides quis quosuis exhibet? quis ebibit? sint licet naturales? nisi post imbibitionem, vt docet Fracastorius. Sed quis *catholicon* non expetat, non epotet *remedium*? quod arte, an naturâ, an cœleste, an terrestre, an nihil, an omnia, quis vnquam dixerit? Æquè *metalla* omnia, *perdurent* æquè *mineralia* (tametsi æqui non sint æui) *aurum* ac adamas, *mercurius* ac marmor sint æquæua (tametsi non æqualia) num inde vires æquæ sunt omnium? & virus æquum igitur? vt adamas, sic *aurum*, in venenosum puluerem comminuetur; vt *aurum*, sic adamas, in puluerem volatilem *tormentario pyrio centies potentiorem* calcinabitur: vt *mercurius*, sic marmor, sublimabitur, præcipitabitur, quouismodo parabitur, erit venenum præsens; vt marmor, sic *mercurius*, in columnas, in statuas, in monumenta dedolabitur, compingetur, confingetur. An nõ hoc fingere plusquàm poeticè? Imò & astra omnia tam *durant* quàm Saturnus, Saturnus quàm Sol, Sol quàm Mercurius, Mercurius quàm Luna: num pariter benigna omnia, maligna pariter? æquè sunt vsui? tam res est Chymicis cum illis, quàm cum istis? Annon hoc est naturas inuertere, artes euertere, res & vires peruertere, discrepantia confundere, miscere omnia? En quàm sit dura ratio *durationis* nostræ, *mineralium duratio*! Cum *mineralibus* vertantur magis Dæmones, qui subterranei, nec eo tamen magis μακρόβιοι, quàm medioxymi, aërei, aquei, adeoque Hesiodo, Plutarcho, Ausonio,

Crol. basil. chy. p. 212.

Plut. def. orac. ex Naid. Hes. Auso. Eidyl. 18.7.

*Nymphæ Hamadryades, quarum longissima vita est.*

Ad homines vt propiùs: num quis μακροβιώτερος vinacior, non dico *mineralibus* (quæ non sunt alimenta, vel ψυχρὰ, vel

vel ἐυτεκτα, etsi hic dicit, *suauissimum in cibum præparanda*) sed qui longæuæ quercus saginatur glandibus, quàm tritico qui vescitur, vnius messis segete? qui fago, quàm qui fungo? qui dactylis, quàm passulis? mandragorâ, quàm maioranâ? Num coruis, cornicibus, Phœnicibus, aut aquilis qui pascitur, quàm qui passerculis, columbulis, perdicibus, turturibus, vitæ breuiculæ auiculis? qui struthiocamelo, quàm qui strutho? Num qui balænis, lucijs, delphinibus, murænis alitur, quàm qui piscículis, gobiolis, haleculis, gammarulis? qui crocodilis, quàm qui cordylis? Num *vita* demum diuturnior, cui victus sit diurnus elephantis, leonibus, camelis, ceruis vesci, quàm cui porcellis, ouiculis, hœdis, agnellis satiari? Num Anthropophagus ex eo fit viuacior, si macrum deuoret Macrobion, quàm si perpinguem Mandrum, vt vt illi, quàm isti, *vita dimidio protensior?* E tauro sanguis Themistoclem de vita sustulit, è vite sanguis recreasset, è vitulo non enecasset: at ille istis *durabilior*. Si famem, si sitim sedare posset *aurum*, quis Myda misero fœlicior, cui

Plin. l. 7. c. 2. Solin. c. 43.

Ouid. Met. l. 11. 127.

*Fusile per ictus aurum fluitabat?*

At vnum ex omnibus hic nominet, qui anteactis sæculis, non dico ad sæculum, sed annos plures, imò vel menses, imò hebdomadas, sit solis *mineralibus* nutritus, sustentatus, vtcunque summè solidis, imò si vult, solutis. Id si non potest, at hunc nodum soluat. Quæ concoctioni resistunt maximè, ea *sanitatem tuentur* minimè: sed duriora, *durabiliora* (putà *mineralia*) resistunt maximè concoctioni: idcirco minimè *tuentur sanitatem*. Retortum facilè durationis telum. *Metallorum* durities ne magis obsit, timeas; quàm spes vt prosit in cibum *durario*. A medicamento alimentum eo cum differat, quòd medicamentum alterat naturam, natura alimentum; in medicamento si obtineat, in alimento magis quod dicit Auicenna: *Nisi natura in medicinam operata fuerit, non operabitur medicina in naturam.* Na-

Auic. l. 1. fen. 4 c. 5.

turæ

turæ operatio, vt ſimile conſeruet ſimili, concoctio: vt curet contrario contrarium, digeſtio. Sed quæ alterutri repugnant *mineralia*, num ſunt *durabiliſſima*? Sunt ſanè, qui vt *plantas metallis*, ſic *plantis animalia* concludunt *durationis* breuioris. In his, vt ſemel dicam, deſidero modeſtiam Ariſtotelicam, quæ ſuppleat. vel ſic pronunciet, οὐκ ὄζει τὸ πλεῖστον, imò δοκεῖ, vel φαίνεται, imò τεκμήριον δεῖ, videndum quod videtur, num ſic omninò habeat. Id ſolum de his dico; *metalla* μεταλλαττόμενα, ſummè pereunt à Chymicis: ἄλβοι, ſeu maſculini generis, vulgares, ſeu fœminini, pretioſi lapides, omninò λυτοὶ, diu vt *durent*, at tandem diſſoluuntur: vno verbo, inanima, quia carent animâ, carent eo quod agat, haud ſcio in deſtructionem, an durationem fortiùs: at à materia, corruptionis matre, patiuntur quod vel vis inferat, vel ætas auferat. Sit verum, οὐκ ἐπὶ τὸ πολὺ, ſed non ἀληθὲς πρῶτον, longæua magis eſſe inanima, quàm *plantas*, ſed non Coloſſum Solis Rhodium, quàm Palladis oliuam Medorum ex incendio reuireſcentem: *plantas*, quàm *animalia*, ſed non dracunculum, quàm draconem elephanti æmulum; canis, bouis, cerui linguam, quàm canem, bouem, ceruum. E *plantis* neſcio an plures ſint ἀειθαλεῖς, quæ *annum durent vnicum*, aut ne id quidem; an μακρόβιοι, ſata, nata in ſæcula, quæ creſcant, ſed & decreſcant tardiùs, & *durent* longiùs. Si fungus obiectet æſculo, quòd tardè naſcitur, fungo æſculus reſpondeat, *Perendie ſodes huc te ſiſte, tum de re tranſigemus*. Nomen deprædicent ἀπὸ τοῦ ἀγήρατον, ne ſenectutem ſentiant. Hîc glorietur Guaiacum, quòd lignũ vitæ ſanctum, buxus quòd *aterna*, rhododendron quòd *fronde ſempiternum* audiat: è Dianæ templo cedrus in tecto, iuniperus in trabibus, cupreſſus in valuis, hebanus in ſimulachro, quòd *nec carie, nec vetuſtate emarceſcant*. Res ipſæ infinitæ; finita ſit oratio. Ex his non tam *inualidum* videbitur *plantarum* genus integrum, quàm huic videtur: quincontrà quàm hic ſupputat, vt plurimùm validius

Ariſt. Ion. br. vi. c. 6 p. Card. in aph. 14 ſ. 1. Scal. ſub. ex. 295.

Plin. l. 34. c. 7. Paul. Geral. dij gent. Plin. l. 8. c. 11.

Scal. ſub. ex. 167. a. 275.

Plin. l. 16. c. 20 l. 15. c. 30. l. 16 c. 40.

quàm *animalium*. Sin conferantur particularia particularibus, nunc hæc, nunc illa, magis vel minùs *durant*: sed totæ *species* si comparentur, non minùs *durant*, nec magis intereunt *plantarum species vel animalium*, quàm *mineralium vel metallorum*. Quin *plantæ* erutæ, eradicatæ, si sint cadauera, non vegetantia vlteriùs; effossa, execta *mineralia* è matris aluo cum exciderint, *metalla*, cum desierint esse μετὰ τὰ ἄλλα, cur hic dicat *longissima ætatis*, ipse dicat: & dicat pariter, si *mortua*, vt antè *aurum*, quî *constet* ipsis *radicale humidum*? si *forma* his *destruitur*, vt antè *auro*, quare *corrumpi nequeant*? si demum omnia in omnibus, vt Crollio *in auro omnia*, & *plantæ & planetæ*, cur quædam quibusdam *durent* diutiùs? Dicit quidem; sed quid dicat nescit, quo modo dicat negligit, dicat modò. De *animalium* idcirco *ignibus*, de *mineralium cœlesti obedientia ac spiritualitate*, de *virtutibus cœlestibus de cœlo descendentibus, in inferiora penetrantibus, vim præstantissimã in radicale metallicum infundentibus*, tam sine re sunt verba exotica ἄκυρα, catachrestica, hyperbolica, vt nihil dicam ampliùs, sed notem carbone nigro. Sed si *metalla, omnia elementata facilè superent*, hic videat, ne hunc facillimè, cui caput plumbeum, frons ænea, os ferreum, nasus fortasse cupreus, cor stanneum, vix mens, sed manus forsan aurea, argentea, mercurialis, ita in *auro*, argento, *mercurio* versantur totæ. Alioqui à summo Creatore, creaturis omnibus Homo superior, ex elementis conditus & constans vtique: qui magis *mineralibus*, an *vegetabilibus*, an *animalibus*, naturæ conuenientibus alatur, recreetur, sustentetur, conseruetur, quiuis definiat, qui panem, non lapidem sibi deposcat cibum. In cibum à Deo condita, condonata, primùm legimus τὰ φυτὰ ἐν τῇ ἕξει, dein τὰ ζῶα homini; *metalla* nunquam. Demum sic habeat. Quæ alunt, *conseruant* eadem (quod fit similibus) at non alunt *metalla*, neque conseruant igitur. *Ad sanitatem* itaque *tuendam* non reficiunt; *ad morbos profligandos* annon magis deficiunt?

Crol. basch. p. 206.

Genes. c. 1. 29. c. 9. 3.

¶

*Iam*

*Iam verò quod ad Morbos profligandos attinet, quibus humanum genus solet esse obnoxium, nihil valentius esse puto, iusto rerum metallicarum vsu. Permeabiles ille sunt ad remotissimas corporis partes, ad quas vsitatis Pharmacis nõ patet aditus: & pernicacissimos affectus ex altioribus impuritatibus excitatos temperant ac soluunt. Siquidem Metallorum spiritus subtiles, strenue adoriuntur fortissimas quascunque obstructiones, omnium penè Morborum radices. Eligenda est igitur huiusmodi materia pra ceteris rebus omnibus, & preparanda in Medicinam & cibum suauissimum, ad sanitatem tuendam, & vitam absque agritudine sustentandam, quantum per vires natura licet.* F.A. M.G.

*Metalla* diximus: hic mox subdit *metallica*. An nihil interest? *Metallica* sunt sal, sulphur, hydrargyrus, antimonium, vitriolum, arsenicum, cinnabaris, borax, minium, & his affinia; Chymicorum deliciæ: non sunt *metalla*: De *mineralibus* hîc verbum nullum; vix de *metallis* mentio; tam est infidus hic horum patronus; tam est infirmus horum vsus in re medica. Ad *res metallicas* transcurrit, transfuga. Mutat hypothesin præstigiator: de cæpis cœpit dicere, de allijs seu longè alijs nunc cupit differere. *Metallicorum* nonnullorum nonnullus vt fit vsus, at nullus *metallorum*! *Metalla* solida, cõpacta, cruda, cocta, vix cedunt cæsa malleo, nedum apta teri dentibus, nedũ deuorari, nedũ digeri, nedũ digerere, nedũ egerere; nisi hoc pondere, vel vulnere. *Metallica, metallorum* seu parentes seu proles, incesta viperarum generatio, Hermaphroditica, inter lapides & *metalla*, quædam fusa, quædam fixa; quædam liquescunt, quædam concrescunt: quædam mollicula, quædam duriuscula; quædam ἰμαντώδη. quædam ἀπροσιτώδη, heteroclyta pleraque: quædam, non omnia, si rectè præparentur, si aptè corrigantur, si quantitate debitâ ægris egentibus exhibeantur, consultò, cautè, parcè, rarò, age *admittantur*. Cum pharmaceiâ siquidem nunc res est nobis, in quâ, vt in Ægypto,

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. Hom. Odyss.

*Et si fata volunt, bina venena iuuant.* Auson. epig.

Sed ſcopas huius diſſolutas & hac ex parte colligabo. *Quod permeabile ad partes remotiſſimas, & ſoluit affectus pertinaces, præ ceteris id eligendum, præparandum, in medicinam, in cibum ſuauiſſimum:* ſed *res metallica* ſunt illiuſmodi; *ad ſanitatem* igitur *tuendam, & vitam abſque ægritudine ſuſtentandam* præferenda *huiuſmodi materia.* Sed eſt arena ſine calce; non cohæret. Maior propoſitio proponit quatuor, vix ponit vnum: in primo vt ſit aliquid, quòd *permeabile*, at non in eo omnia: nam aqua, vinum, poculenta pleraque præſtant vt *permeent*, nec tamen medicamenta præſtantiſſima. In altero emendicatur quæſtio: quid enim vltrà quæritur, quàm quod *affectus ſoluat pernicaces?* nec tamen id *cibo* efficitur *ſuauiſſimo*: nam *cibus eſt morbus ægrotanti.* Malè cohæret tertium, vt *medicina*; & quartum, vt *cibus* ſit *ſuauiſſimus*. At minor peſſimè eſt merita de veritate: nec quicquam minùs verum. Probationem habet nullam. Quid enim? *Metallica* quæ protuli, perpendite. Num *temperant*, quæ peſſimâ laborant intemperie? Hîc mihi tempero, ne dicam intemperie hunc laborare, qui dicit *metallica affectus temperare*; niſi quid ſit dicat, *affectus temperare*; cum dicat *affectus* corporis, non animi; vt dicit *ægritudinem*, quæ animo, cum velit ægrotationem, quæ corpori tribuitur: nam animi *affectus temperare*, non modò eſt mollire, mitigare, ſed vincere, & hic quod addit, *ſoluere*. Num *ſoluunt affectus* itaque, quæ peſſimè afficiunt, *affectus* moleſtiſſimos & ęgrotationes inducunt pertinaces, vires exoluunt corporum? Expendite, ſi qui hauſeritis illorum per ſe aliquod; à quibus ſi præſens bonum, at damnum emergens ſentietis. Num demum magis *permeant?* Quin metuo, ne hæreant imis viſceribus, & neruis intimis. Vi ſuâ *permeant?* Galeni illud igitur quî probat Quercetanus, *tritis metallicis acetum admiſceri, facilius vt penetrent?* An vim naturæ faciunt, vt retinere nolit, nequeat, tam violentos, virulentos hoſpites, an hoſtes magis? Virus eſt, an virtus, quo pugnant? quo purgant?

Hip. aph. 62. ſ. 7.

Gal comp. med. ſ gen. l 8 c. 41. Quer. dog. med. pr. c. 2.

gant? Non comprimendo; nec enim tam frigida cum acerbitate: non emolliendo; nec enim tam mitia cum lubricitate: non detergendo; nec enim tam moderata cum astrictione: non attrahendo denique; nec enim tam familiaria cum similitudine substantiæ: relinquitur, vt cruciando, quia tam acria cum corrosione. Naturam nimirum sursum, deorsum, quoquouorsum mouent, quia mordent, vulnerant, violant cum violentiâ, & quasi Alcidæ furiosi, *inuenient viam, aut facient.* Imò *fortissimas obstructiones adoriuntur strenuè*; quia *subtiles spiritus* sunt *metallorum.* Num quia *metallorum?* at ipsa *metalla* non sunt tanti (nisi corruptor aurum) oppilant magis, & obturant. Num quia *spiritus?* agunt *spiritus* in *spiritus*, non σκύβαλα (nisi per ἰσχυροτέρα) nec tam sunt oculati, & viam & viaticum vt eligant. Num quia *subtiles* denique? E crassis erui *subtile* parùm sapiunt, quod subtilissimo Scaligero ex Aristotele si ἀναπλεωτὸν, quod repleat, hi quomodo huic depleant? Quin architectæ animæ si instrumentum ἐργοδιώκτας *spiritus*, ibi quærantur *spiritus*, vbi inuenitur anima: non in *metallis*: non è terrestribus cœlestes ferè; neque è crassis tenues.

Sen. Herc. fur. act. 2.

Arist. gen. cor l. 2 c. 2. t. 10. Scal. subt. ex. 1 6. 8.

*Nec Deus interfit, nisi dignus vindice nodus*
*Inciderit.*—

Hor. art. po. 191.

Huic parùm subtili *subtiles metallorum spiritus*, ὡς θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, asylum inscitiæ, sacra stultorum anchora. *Subtiles* adeò hi *spiritus*, vt aranearum telæ parũ vtiles; hæ auerrendæ, illi auerruncandi: vt sensum, adeoque intellectum fugiant, & fugent *sanitatem*: nostris spiritibus infensi, infesti aduersarij. Hollando *morbis in minera contractis obnoxij, abundant sætibus fœtentibus, terrestribus; habent veneni genus, & corrosiuum, & volatile, quo venenosa corrosiua reddant. Metalla*, & *metallica*, dum integra, crassissima, non sat est Chymicis, si nimis lædunt solida, nisi in *spiritus* soluta, sublimata, lædant magis. *Metalla venenum habent* Libanio, *in spiritu, non in crassamento.* Qui facit veneno actionem,

Io. If. Hol. sp. ph. p. 166. Pen.

Lib. Antigrã.

Riol.fil. in Bau.p.150. Ander.dial. 5.

nem, is facit veneni auctionem. Quin ipse *auri spiritus*, Vlstadio referente, *damnatur Marsilio; & Andernaco dicitur pernicioſus, venenatus.* Quod ad me, sentio de istis inimicis, vt ille de amica,

Mart.l.11. ep. 101.

*Habere amicam nolo ſubtilem nimis;*
*Sed idem amicam nolo mille librarum.*

Malim, vt minùs malum, imò vt maius bonum, decocti Galenici selibram vt solet, vt debet, è *vegetabilibus* aut *animalibus* secundum artem, quàm Paracelsicorum pauca granula è *mineralibus metallicis*. Id enim si non suauius, at tutius.

Lul.ep.accurt. Lluc.merc. Talaud.an.l.2 c.6.

Quin ipse *aquam cœlicam*, seu *menstruum*, seu *spiritum*, è *mineralibus*, vt rodat viscera, an potiùs cum suo Lullio ex *animalibus* aut *vegetabilibus* salubrioribus depromat, quæro.

## CAP. III.

*Inter Metalla Aurum ſummum obtinet in aſtruenda Medicina vera.*

F.A. *METalla ſeptem ex Aſtrologorum ſuffragijs ſeptem principalioribus membris humani corporis ſpecifice reſpondent. Singulis illis membris ſingula Metalla appropriata ſunt. Aurum nobiliſſimum corpus, nobiliſſimo membro deſtinatur, eiq; inſeruit, Cordi videlicet, quod domicilium eſt vitæ. Cor ſcaturigo eſt vitalis ſpiritus & ſanguinis, omnibus reliquis membris motum & vigorem impertiens. Hic vigent natiuus ille calor & humidum primigenium fomentum vitæ: & ex hoc ſolo fonte illa primò deriuantur: dein in alia etiam emanant membra Cordi famulas & miniſtras. Hunc igitur calorem foue, & humorem nutri, ad refocillandam humanam vitam, & ſpiritus ac vires corroborandum. Natiuus iſte calor non plus æquo feruidus, ſed omninò temperatus eſt. Nam ſi exceſſiuus eſſet, humorem citò abſumeret: ſi diminutus, extingueretur ilico ab humore. Humor ſimiliter radicalis non phlegmaticus, ſed totus homogeneus & eſſentialis eſſe debet, qui pabulum vitæ miniſtrat. Nullo autem modo eis conſuli melius poteſt, quàm ipſis Auri qualitatibus. Aurum maximè homogeneis conſtat partibus, & in ſummo gradu temperamenti exultat. Natura ſagax ita contemperauit in hoc corpore calidum frigido, & humidum ſicco, vt nihil redundet aut deficiat, quod verum temperamentum*

*mentum minuat. Vnde ab igne non comburitur vnquam: quia vnum Elementum protegit aliud aduersus ignis pugnam. Tale quid digestibile facit, vt humanis spiritibus obtemperet, vitalem in Cordis centro calorem cum humore natiuo fouet & adauget, eundemq; participant cum Corde reliqua membra inquali fœdere. Aurum igitur iure optimo principatum obtinet. Et (vt vno dicatur verbo) quascunque in corpus humanum vires, operationes, functiones, reliquâ omnia Metalla in se habent, has omnes Essentia Auri exequitur solâ. Quin & leprosum corpus humanum inuertit totum sicuti intestinum in Macello, vt ipsissimis verbis vtar. Hauriamus igitur ex hoc fonte saluberrima Medicamina, si perfectam sanationem grauissimorum languorum moliri velimus.*

## CAP. III.

### *Aurum in medicina præstat minùs.*

QVI astra suspiciunt *Astrologi, metalla* vt despiciant, imò respiciant, falsò *Astrologis* ascriptum suspicor. Planetas illi potius, si cœlo extulissent, cum infra terras detulissent, *metallis septem* contulissent, quàm *membris metalla principalibus*. Nec illis *metalla* curæ. Nec opus hîc *suffragijs*, ne Crollij, à quo hanc phrasin surripit: ne votis quidem. Sed *membra principalia* quæ *septem* nominat? Num pedes, manus, & pudendum, ex his quinque? pudeat dicere. Num his *specificè respondent septem metalla singula singulis appropriata?* Hæc Chymicorum *specifica*, quæ tam impropriè *respondent singulis?* Nempe id Crollius quòd prius dixerat, & consignârat; Agrippa potiùs *in scala septenarij* quòd huc descenderat, & hæc concluserat; hic ideò ignarus ignauus idiota sat habuit hæc edere, nec rationem reddere, aut paria referre paribus. Cũ illo igitur quin gloriatur (sed prophanè) quòd *Aurũ, septẽ sigillis munitũ, septenarius perfectionis numerus verè cõpletus est, vltra quẽ Natura (sine adiutorio Artis) in sua potentia & operatione altiùs procedere nõ potest, sed Sabbatizat & quiescit.* Quid *auro* cõmercij cũ *septenario?* nũ quòd *probatũ septies?* at id *argentũ* potiùs. Quin cum Agrippa veriùs, doctiùs, modestiùs, post enumerationem

M.G.

Crol. bas. chy. p. 201.

Sigaat. int. p. 34. Cor. Agr. occ. phil. l. 2. c. 10.

Crol. bas. chy. p. 202. 206. Psal. 22. 6.

Agrip. ib. f. tionem luculentam concludit, quòd *ſeptenarius hic numerus & in bono & in malo omnium ſit potentiſsimus.* Hinc huic ſunt *ſeptem* capita, vt beſtiæ coccineæ; & *ſeptem Mirandulani* tela, vt bella Septimontio ciuilia. Sic *ſeptem* nequitiæ in corde inimici; *ſeptem* oculi inſipientes; *ſeptem* quæ odit & deteſtatur Dominus; & *ſeptem* Cabaliſtis inferorum habitacula, è quibus *Aurum puteus interitus.* Sed partes noſtri *principes* quantumuis Medicis ſint ſolùm tres aut quatuor (non dico tres & quatuor) vt tamen Anatomici *Aſtronomis reſpondeant*, ingenioſè Laurentius *Saturnum ſpleni,* An. Lau. anat. l. 1 q. 3. c. 2. *Iouem iecori, Martem felli, Solem cordi, Venerem genitalibus, Mercurium ori, Lunam cerebro aſsimilat.* De *metallis* nil ſimile. At *aurum Cordi deſtinatur.* A quo? quo modo? quoſſum? quid hoc eſt, *deſtinari?* At & *ei inſeruit.* Quo pacto? quo nexu? quo iugo iure ſeruitutis? Id quia *corpus nobiliſſimum*, hoc *membrum nobiliſsimum? Imperium num habet par in parem?* pars in totum, vt *corpus membro ſeruiat?*

Quer. med. priſ. c. 5. Sen. Troad. act. 3. *Famulare collo nobili ſubeat iugum?*

Sed cur *Cor nobiliſsimum?* num ἰσχυρὸς ἀνὴρ! quin par membris ἰσχυρὸν. Vniuerſis vnà Chymicis hoc vitium; vtcunque crepant percrepant *anatomiam vniuerſi, macrocoſmi,* Riol. ſch. an. c. 3. f. Comp. med. vet. p. 51. *viuam, formalem, ſpiritualem, eſſentialem; & in cupro iecur, in argento cerebrum, in auro cor eſſatum eſſentificatum*, vt loquuntur: veram tamen vnius microcoſmi anatomen materialem, naturalem, ſenſibilem, localem, aut neſciunt aut negligunt. Hoc verò vitium inſigne & immane, quòd iſtam quiſquis neſcit (confidenter dico, nequid amplius) is *nec Chirurgus, nec Medicus* ἰατρὸς *meretur dici*, imò And. Laur. l. 1. c. 8. nec poteſt eſſe. *Cor* cerebro *nobilius* hic ſomniet, cui cordis nimium vt auſit, parum cerebri vt ſciat aſſerere, aſſeuerare. Anatomicorum verò non vnus modò Coryphæus L. 1 q. 4. Pet. Pal. laur p. 11. (cui *laurum* tribuat vel Chymicus Palmarius, ἀσθενὲς vt prædicet) ſed tota Vniuerſitas inuictis rationibus & demonſtrationibus, non modò à Chymicis, Anatomiſtis

ſtis peſsimis, philoſophis imperitiſſimis, ſed à Peripateticis magnis Philoſophis, Anatomiſtis mediocribus, euicit exortu primum hepar, neceſſitate *cor*, *nobilitate* cerebrum præſtantius. Sit ergo corpus *vita domicilium*, *cor* fortè diuerſorium, vix ſeminarium. *Cor* igitur num *ſcaturigo ſanguinis?* origo eſt venarum? an riuuli ex fonte hepatis eò ſcaturiunt? vnde *ad fontem hydria* Eccleſiaſtæ ad iecur venæ agnoſcantur. Num *Cor* eſt primum ζωτικὸν, κινητικὸν, αἰσθητικὸν, αἱματοποιητικὸν; an hepar φλέβων ῥίζωσις, & αἱματόσεως, principium γενέσεως, ῥίζόσεως & διοικήσεως? Num *Cor impertit membris motum?* an mouent membra muſculi, muſculos adaptant nerui, neruos tranſmittit cerebrum; vt ſit auriga cerebrum, lora nerui, & equi demum muſculi? *Cor* vt ſe moueat, hic (credo) vix intelligit, ſed *alia* vt *moueat*, id (ſcio) expediet multo minùs. *Natiuus calor* cum ſit radicale humidum cum ſpiritu; & *humidum* id *primigenium* cum ſit *ſpiritus* in *calido*; vt *calidum* ſit *humidi* vehiculum, *humidum fomentum* calidi, & vtriuſque comes *ſpiritus*: tum animales *ſpiritus* è cerebro, naturales è iecore cũ tam *emanent*, quàm vitales è *corde*, num hæc omnia è *ſolo cordis fonte* deriuantur? Tam per neruos, tam per venas, quàm per arterias feruntur ſpiritus. *Cor* focum febribus, non *fontem ſanguini* agnoſcimus. In *membra* verò hæc *emanant*: quæ nimirum? alia atque alia, illa neutrius generis: nec illa medicis dicuntur *membra*. Sed in Anthonij familia, quia quæ ſeruiunt fœminei generis ſunt *cordi membra*, *miniſtra*, *famula* dicuntur *membra*. Hìc ſi non morum, ſaltem verborum ſolœciſmus. De *calido*, de *humido* quæ dicit reliqua, ad rem, ad rhombum nihil: & multo meliora quiuis tyrunculus collegerit, qui elementa Auicennæ, rudimenta Fernelij, inſtitutiones Fuchſij, Heurnij, vel primas legerit. Hic autem *calidum* dum quærit ἄμυτον, ἄυκρατον, ἐυθήμονα, ἐυεργέτιν, (opinor) incidit in ἀδιάφορον, ἀπάθητον, ἀπάθειαν, & ἀπάθειαν. Quid enim num idem *calor* generat, & *conſumit*? auget, & minuit? alit,

Archan. Pic. an. l. 2. c. 19. l. 3. c. 6. 7.
An. Laur. ib. & l. 8. q. 1 5. l. 1 q. 2. l. 4. cx. 1. 2. 3 4. 5. 6.
Eccl. 12, 6.
An. Lau. l. 9. q. 7. 8.
Auic. l. 1. fen. 1 doct 6. Fern. phy. l. 4. Fuch. Inſt. l. 1. ſ. 6. 8. Heur. Inſt. l. 3. Gal in aph. 14

Arist. lon. br. vi. c. 5. Orp. int. l. 1. c. 7 Aui. l. 1. sen. 1. do. 3. c. 3.

& macerat? συντήκει αὐτὸ αὑτό; ἀναλίσκει τὴν ὕλην, ἢ οὐ; agit in seipsum? aut a seipso patitur, aut simili? τί γὰρ μᾶλλον θᾶττον ἔσται ποιμὴν ἢ θᾶττον; an à rege in tyrannum, à pastore in depastorem, ab insito in igneum degenerat? an agunt in hunc potiùs, aër extrinsecus, humor extraneus, & ex vtroque motus? Tantum discriminis inter innatum calidum & ascititium, vt criminis in isto plurimum, in illo nihil. At huius est huiusmodi, *humorem* vt *absumat*, & *ab humore extinguatur calor*, tantillum immutatus. Absumptus, quî extinguit? Sed vitæ alunt lampada, vt fumus, calor; vt aër, spiritus; vt oleum, connatus humor: tres Gratiæ implexis manibus, quæ complicatis viribus, & simul degunt, & idem agunt, & eâdem pergunt, & eôdem tendunt. Sed his num consuli non potest meliùs, quàm Auri *qualitatibus*? Id si sit Consulis, vt bene consulat, nisi quid potest melius, non erit hoc anno Consul Antonius. Quæ *qualitates Auri* scilicet sic illis consulent, vt vel conueniant? Num vt *tinctura citrina* sint exornata? vt *ponderosa*? vt *mutæ*? vt *ventre terræ digesta*? vt *aquâ minerali lota*? vt *extensilia sub malleo*? *fusilia*? *textilia*? vt *cineritij & cementi examen tolerent*? His verò suas illa non mutent qualitates, quas nec auro communicent, vt ætherea, ἀόρατα, stellarum elemento similia; nec corporis expertia, nec mole corpora; articulatores, informatores, humanæ fabricæ post Deum architecti; subtilia, mobilia, dulcia, pinguia, vitalia, diuina, animata. Quantum discriminis inter aurum & hominem, subterraneum & cœleste, inanimũ & animal; tantum inter illius & huius qualitates; illius patibiles, actiuas huius. Quas *qualitates* modò dixerat, mox dicet partes auri! quæ quòd sunt homogeneæ, num eo *meliùs* quadrabunt nobis, qui heterogeneis constamus plurimis? An Aurum, quòd *exultat* (hæc insultantis animi vox insolens) *in summo gradu temperamenti*, attéperatur nobis aptiùs, qui sat habemus, si constet ἰσοκρασία non modò ad pondus, sed iusti-

Pem phys. l. 4. c. 3. 4. Sen. ben. l. 1. c. 3.

Lib. nat. met. l. 1. c. 4. è Geb. sum. c. 32. Talau. an. c. 4.

iuſtitiã? Nũ *temperamenta* meræ *qualitates?* Num quod paulatim coquitur, ſenſim perficitur, poſt ſæcula eſt vſui, id mox *in ſummo gradu?* an per *gradus* aſcendit, non per ſaltum *exultat*, in *ſummo* quod conſiſtit? Quoduis in ſuo genere *contemperatum* optimè à *temperamenti* conditore optimo. Num minùs, quàm genere, homo differt ab auro? Ne confundamus tam diſtantia. *Naturæ conatus*, Cardano vt ſint *quatuor, homo diuinitate, elephas docilitate, adamas duritie, aurum tenuitate* vt *præcellat*; vt *elephas tam denſâ cute, quàm homo molli; aurum* ſit *tanto granius, quanto leuior adamas*: & hæc ridentur tamẽ à Scaligero, & præferuntur alia, & *Homo* non modò quaſi Polycleti Doryphorus, *temperamenti commoderati regula*, ſed *rerum omnium menſura, compendium, & vnicum in natura miraculum* concluditur, *à noſtri æui gloriâ & miraculo*, vt ſcribit Lipſius. Sed vt illi Homo, ſic *Aurum* Crollio, πᾶς ἀνὴρ πάντα, πᾶς τόλος. Πᾶς illud mihi ſubolet; ab illo rectè poſitum, ab iſto perperam. Hinc illud Libauij hîc habet locum, *Paracelſicos tranſgreſſos eſſe veterum ſenſa, & hyperbolicâ laude aurum infame reddidiſſe.* Quæ ſymmetria, quæ proportio, quæ *redundantia*, quis *defectus* in *auri temperamento* ſubſit, hic nec intelligit, nec facilè expediet. Nec arrogo, nec derogo: prærogatiuæ autem ſummæ, quâ *igne non comburitur*, quàm nulla hîc ſit ratio, priùs explicui; nec quicquam repeto. Digeſtum ſit oportuit, non *tale quid*, ſed ipſum, ptiuſquã *factum digeſtibile*: ſed vt id anteà, vel pòſt hoc fiat,

*Chymiſtæ certant, & adhuc ſub iudice lis eſt.*

Nec opus eſt, *ſpiritibus obtemperet*, ſed eos magis temperet: nec *iure optimo* quod *principatum obtinet*, id propriè *obtemperat: obtemperauit* pimiùm, cum *factum digeſtibile*; non eo fine. Hic quæ hîc ſpondet reliqua, promittit vt Chymicus, *incertum ſtolidior an vanior*; acſi proclamet agyrta fumiuendulus, cum promit ampullam aquæ vel olei adulterini, ijſdem ferè verbis, Hoc (ait) oleum, hæc aqua, *vitalem in*

Scal. ſub. ex. 249. 3.
Card. ſubt. l. 12
Scal. ib. & ex 106. 2. 287. 250.
Actuar. met. med. l. c. 3.
Lipſ. cen. 2. ep. 48.
Cœl Rh. ant. l. 2. c. 17.
Crol. baſ. ch. p. 206.
Lib. nat met. l. 1. c. 4.
Sup. p. 10.
Hor. ar. po. 78
Sal. coniur de Lent.

*cordis centro calorem cum humore natiuo fouet & adauget, eundémque cum corde participant reliqua membra; vires, operationes, functiones, omnes exequitur sola*, &c. Verba, ventus, fumus, fucus: clamoris multum, lanæ nihil, acsi porcum tondenti. At *aurum princeps metallorum*, argentum viuum *an tyrannus* an parricida principis? *venenum auri* an purgatorium? an potiùs principium, sed non metallum? quantumuis huic sit è septem *principibus*: ideoque principium & finis sui. At Crollio *Mercurius naturæ balsamum, diuinum pharmacum, luis* catholicæ *catholicon remedium* & ῥιζοτόμος, *Aqua sapientiæ, Maria Virgo*. Quod etsi horreo dicere, & apud Quercetanum tamen inuenio, qui dicat *Angelicum*, quòd *in essentiam redactus, auri essentiæ similis, eandem quasi hominem ad iuueniles annos reuocandi virtutem* sortiatur; scilicet. Nec desunt Chymici, qui in Mercurio id omne versificantur,

*—quicquid quærunt sapientes*
si *arte tractes*,

vt hic sine arte loquitur. Quin tam *Mercurij*, quàm *Auri essentiam* audiuimus, & eam fortè quintam, certè æquialentem, imò & mutuam σωματοψυχίαν, & ψυχοσωματίαν, nec *Auri* modò *Quintam essentiam*, sed & *Arcanum simplex, Arcanum vitriolatum, Crocum solis, magisterium solis liquorem solis, Elixirium solis, Balsamum solis, Aurum potabile, Tincturam solis*; haud scio an eadem, an varia remedia; nec scio an vera, quia tam varia, Quercetano innumera: portenta scio nominum, tormenta hominum, commenta Tartari. Quin *Crocus martis eadem* Paracelso *efficit, quæ & Auri tinctura*: & Penoto *Philosophorũ Saturnus, est proprie marchasita plumbi, & reuera excellit Solem & Lunam, ita vt Raymundus dicat, in hoc orbe inferiore non esse tantum arcanum atque id, quod in marchasita plumbi consistit.* En ferrum, en plumbum, quàm *aurum* medicinæ aptius. Hinc Quercetano iudice, *vera Magnesia* (quâ antimonium plerunque dicit) *& Paracelso, & alijs, est primo auri emi par*

&

Scal. subt. ex. 88.
Plin. l 33. c. 6.
Crol. bal. ch. p 126. 123.
Quer. pest. p. 403.
Tetr. p. 464.
Arn. Breuiar.
Lul. test. theor c. 62.
Par l. mort. re. to 6. p. 288.
Quer. conf. Iu Ven.
Tetr. p. 456. 432. 477.
Pest. al. p. 404.
Mores met. p. 29. & P. ar. Pen. tr. 4. chy.
Quer. tetr. p. 479. 396.

*& æqualis; ex qua potentiores ac præstantiores medicinæ educi posſint, quàm ex auro ipso, vel ſpiritualitatem adepto*: ideóque eſt illi *antimonium* (emendicatis è Mirepſo titulis) *antidotus iſochryſos, lyſipanos, lyſipyretos, theodotos, theopemptos, panæretos, polychreſtos, panchreſtos, pantagogos, ζωοποιος, Soterios* (& Σωτὴρ, putà) nam Paracelſo *reſtaurator & renouator virium in nobis omnium; & omnes morbos tollit*. Haud mirum igitur ſi *quoſdam morbos rubigo ferri iuuat, bracteola plumbi ſanat, attritum æs curat, argenti ſpuma domat, ſtannum amicat*, noſter vt aſſerit; ſi è *Mercurio*, ex antimonio non minor, quàm ex *Auro*, fingatur Panacæa. *Sola Auri Eſſentia* quòd *exequatur omnia*, non poteſt dici: tum quòd nil vnum, *omnia*; tum quòd nil *ſolum*, cui ſunt paria; tum quòd nec *ſolum*, quod cum alijs. Sed de *leproſo inuertendo* quod hic memorat, *ſicuti inteſtinum* (putà, inuertitur) *in Macello, ipſiſſimis* hic *verbis vtitur*, quibus (ni malè nemini) mendax apud Bebelliũ: nam *inteſtina inuertendi verbũ ipſum* in memoriã hoc reuocat: nec enim alibi reperio; an ibi neſcio. Mendax nimirum memorat, ſe (non Lyſimachum leonis, ſed) lupi aut canis allatrantis (vtrius non bene memini) dum inhiaret, inſeruiſſe in os manum, caudam interiùs prehendiſſe, interiora extrorſum exeruiſſe, inteſtina inuertiſſe; mendacij hinc palmam reportaſſe. Sic *corpora inuertere*, cum ſit euertere; tum in *lepra* præſertim eſt methodum peruertere, quâ foràs expellere quod intrà fœtidum, non intrò decet pellere, quod foris fœdum. Inſipientiſſima, ſaltem inſipidiſſima ſunt ergo *verba ipſiſſima*, quibus hic *vtitur*; & quibus nemo è noſtris (arbitror) vel è Chymiſtis (auguror) niſi hic ipſe *vtitur*; nec cur *ipſiſſima* dicantur, aſſequor, niſi quod phraſis nulla tam ſit mala, quæ non authorem habeat fortaſſe Cacophraſtum, *lauare* qui dicit, non *inuertere*. Cum *inteſtinis* igitur *inuerſis* abeat hic ſcriptor in *macellum*, vt coquos, lanios, exenteratores, carnifices, cupedinarios de phraſi conſulat. At *lepram*

à p. 391. ad 417.

è Par. to. 4. p. 105. to. 6 c. 308.

More. met. p. 29.

Par. arch. l. 4.

ſanat *Auri Eſſentia*. Num ſola? ab auro potabili diuerſa Chymicis?

Hor.l.1.ſat.5. 100. —*credat Iudæus Apella,*
& lepra Iudaicâ turpiſſimus ad hunc appellet;
*Non ego.*—

Quer.tetr. c. 31.è Par. arch. l.6. f.36. tom.6.p.107. Id.ib.c.33.è Par.to.6.p.33. 51. Arch.l.5. arc. merc.vi. Annon & antimonium? ex quo, quod *omnibus in vniuerſum morbis ſuccurrat aptiſsimè*, & nominatim *lepræ*, ſeu *leonina elephantiæ*, quæ Cacophraſti eſt infantia, qui loquitur vt plurimum mendoſè & mendaciter. Annon & mercurius? ex quo, quod *tollat vngues, pilos, cutim* (alexipharmacum annon hoc præſtantiſſimum?) ſed & *impuritatem omnem* (ideoque *lepram*) *& membra ſenibus abſumpta reuouet*, vt pari & fide & phraſi Cacophraſtus, fallaciter, futiliter. Sciat prius oportet, quid *lepra*? quotuplex? quæ *lepræ* cauſæ? quæ ſigna pathognomonica? quę comitantia? quæ conſequentia? quàm *lepram* ſanet hic aut ille, hoc aut illo. Imò an ſanari poſſit? Nam, vt rectè Auicenna, *Cum cancer, qui eſt lepra vnius membri, ſit de non ſanabilibus, quid dicemus de lepra, quæ eſt cancer totius corporis? vt ſit vel debilis curatio difficilis; de fortis curatione nulla ſpes.* Nec ſperet ideò hic idiota *auro potabili leproſum* perſanare, quia Au.l.4 fen.3. tr.3.c.1.f. Ieſus Seruator omnium ἀρχιλεπρους *leproſos* vnà decem verbo, vnum tactu; quia Moſes legatus Dei Miriam precatione; quia Heliſeus propheta Naaman Syrium Iordanis lotione; omnes miraculo perſanârunt. Hic enim illis quanto minor? quàm nobis nulla præ illis miracula? Sin id ſperare audeat minutulus Doctorculus, auſit & publicè ſub fide publicâ ſanandum ſuſcipere è Noſodochio vel aliunde aliquem verè elephantiacum, plenè leproſum, *auro* ſuo *potabili*, eoque *ſolo*; & vicerit, cum id præſtiterit. Nam alióqui audiat in ſe retortum: Qui verum habet *Aurum potabile, lepram* ſanare poterit ex eo vnico; hic *lepram* eo vnico ſanare nunquam poterit; verum non habet igitur *aurum potabile*. An *auro potabili leproſum perſanatum* narrat

Luc.17.14. Matth.8.3. Num.12.13. 2.Reg.5.14.

Pal-

Palmarius. Nec ille affirmat *ſolo*; & negat ſanatam Riolanus; nec ipſe probat perſanatam. Nec huius idem puto, quod illius; nec (vt credam Palmario) hunc illi credo ſubparem, intelligenti inſcium. Quàm inſcienter & inſulsè concludit *igitur ex iſto fonte hauriendum*, ipſe cum hauriat è lacu vel lacuna, ſeu putido è puteo, imò ex aqua Stygia, ſeu infernali. *Hic fons* ne ſit, hic videat, *è Beroſo Taurorum colle, ſine remedio, ſine dolore mortifer*: ne *ad Soracten*, quem *iuxta iaceant emortuæ gustantes aues. Grauiſsimorum languorum perfectam ſanationem* (morte languentium) hic *ex hoc fonte molietur.* Pet. Pal. Iap. ph. c. 34. Laur. p. 4 c. 66. Plin. l. 2. c. 103. l. 31. c. 2.

*Obiectio.*

*Sed arbitrantur plurimi, Hermeticam illam antiquam ſobilem & Spagyricam prolem, penitus eſſe iam extinctam: & hoc tantum Myſterium Hermetice diſcipline Naturæq; lumen, in elapſis tantummodo etatibus reluxiſſe putant; noſtram hanc, vmbras ſolummodo rerum comprehendere.* F.A.

*Pauca vigent hodiè priſci veſtigia veri: fruſtra igitur & inutiliter deſudare homines in hiſce Arcanis inquirendis.*

Concluſionem diſſolutam (nec enim præmiſſis cohæret quouiſmodo) ſubſequitur *Obiectio* (ſeu cauſam ſeu locum ſpectes) diſſolutior: *Obiectionem ſolutio* (ſeu rem, ſeu reum ponderes) diſſolutiſſima. Grammaticaſter quiuis, aut ſophiſta, & nonuult nodum nectere, quem neſcit ſoluere; & quod obiecit ſibi non difficile, non difficulter reijcit arbitrio ſuo: hic autem vt vt cum illis nihil graue aut grande imponit ſibi, quod non leuiculè leuiculus tollat aut toleret; nec tamen cum illis aptè opponit, nec reſpondet appoſitè. Quis enim obijciat, quod hic obgannit? *prolem Spagyricam & ſobilem Hermeticam* (quàm ampulloſè inflat) *extinctam*, ſi dijs placet. M.G.

*Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos* Virg. Æn. l. 4.
*Sollicitat.*—

*Prolem* Magiricã *extinctam*, extinctos eorũ focos, furnos, fumos, nidorulentus curet populus. Quid enim aliud eſt

Spa-

Spagyrus, quàm μαγικὸς, & in confesso *coquus?* Si

Ecl. 4. *Clara Deûm soboles, magnum Iouis incrementum,*

foret *Hermetica extincta*, doleremus; nunc nobis ne bilem mouet, in crucem si abierit *idololatræ turpis, detestandi*

Gu. Bau. not. in Riol. p. 51. *magi*, adeoque *cacodæmonis* (vt hunc Hermetem agnosnit Baucynetus Chymicus) nefaria, nefanda *soboles*; si vnà perierint in fundo maris rubri omnes Ægyptij,

*Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.*

A caluo ad caluum interierint. Ne relinquatur catulus è malo genere. Illos non natos optimum: citò extinctos, proximum. Annon & hic fatebitur, Ægyptiorum nomen qui præ se ferunt hodiè, circulatores, chiromantas, præstigiatores nequissimos, longâ literâ digniſſimos? Quin

Riol. in Bauc. p. 119. Genebrardum lego, *Hermete* Hippocratem longè antiquiorem demonstrasse; nequis huic illum præferat. At *lumen Naturæ* conqueritur hic *olim reluxisse:* est eluxisse gaudendum potiùs, optandum *relucere:* nec natis negandum *relucere*, quibus accessit *lumen* gratiæ. At *disciplina Hermetica mysterium reluxit tum tantummodò.* Nec illa *disciplina* ἀμυητικὴ, nec *relucet* per se propriè *mysterium*, quod mussitare oportuit, & μύσαντα πρεῖν ἐνδον, nec in *Hermetis* smaragdina tabula seu fabula solùm compingitur, quam conflant ἀσύστατα, ἀσύνδετα, ἀσύνετα, ænigmata, circuli, tautologiæ. *Ho-*

Pet. Pal. lap. ph. p. vlt. *rum notitiam* (vt agnoscit iunior Palmarius) *ignorantiæ tribuimus, vt mendacium impotentiæ, horum scientiam inscitiæ. Gloriamur nescire ea, quibus peiora omnia veniunt.* At Maro vt olim cecinit,

Vir. Geor. l. 3. 550. — *cessere magistri*

*Phillirides Chyron, Amithaoniusq; Melampus.*

Hip. leg. t. 1. Imò, vt medicorum pater; Οἱ ἰητροὶ φάσιν μὲν πολλοὶ, ἔργῳ δὲ παγχύβαιοι. Sic iste è Prarensi priorem non malum malè excerpsit, qui versus posteriores veriores sibi suisque meliùs assumpsisset:

Io. Prat. ambr. v. 16. *Iamq; diu ementita oculos sapientia nostros*

*Fascinat*

*Fascinat, & miserè pro veris falsa reponit.*

Quo Chymicus de Chymicis sensit verissimè. At *vmbras hæc ætas comprehendit solas.* Prehendit, non *comprehendit*: id vereor, ne verè nimium. Nam alióqui Chymici quî tanti fierent, qui *vmbræ* hominum, qui *vmbras* prensant *solas*, tincturas profitentur? Sit *nostra scientia* Scaligero, *velut vmbra in Sole*, sed horum, *vmbræ* insomnium. Sint pauca nobis nota; his pauciſsima. Si corpora maiores *comprehenderint*, quæ *comprehenderant* tradiderint, nos *vmbris* contenti erimus, quibus sit facile inuentis addere? Aut negligentes, aut non intelligentes, aut nil reminiscentes esse oportuit. Nũ ergo sequitur studeri, *sudari frustra?* Imò *sudandum* magis: nec *frustrà* tore, si vt par est studetur. Scal. subt. ex. 307.

*Solutio.*

*Sciant autem & confiteantur omnes, quod semina in sapientiæ thesauris abscõsa, temporibus & nationibus destinata fuere in omni sæculo ex statuto Dei decreto. Hæc Dei magnalia à Deo ipso dependent, qui cui vult elargitur, & subtrahit. Quod liberum est igitur Dei donum, homines hominibus eripere non debent.* F.A.

Sed huic nodo in scyrpo, quem cuneum hic adhibet? dignum patellâ operculum. De calce *obiectio*, *solutio* de caseo: illa de *prole extincta*, *mysterio relucente*, *vmbris comprehensis*, *inutili sudatione*: hæc de *seminibus destinatis*, *Dei magnalibus ab ipso dependentibus*, *Dei donis non eripiendis homini*. An hæc quadrant? an dissonant? Proclamat autẽ, *Sciant omnes*, seu nouerint vniuersi, quid nimirũ? *quòd semina in sapiẽtiæ thesauris abscõsa. Sciãt omnes*, & cõfiteatur ipse, *abscõsa* nõ dici à puerulis Grãmaticis, nedũ scientibus aut sapientibus: nisi è Rupescissa Latinitas huic eruatur. Huic autem dicitur à Comico, *In latebras abscondas pectore penitissimo tuã stultitiam.* Nec enim quispiã conditus sale Grãmatico tam malè condita, incondita elabi sinat, quin malit abscondita. Recondit fortè *sapientia* vel *semina* in terræ gremio, recondita vt fructum remetiantur; fortè & fructus in horreo, seu *thesauro*, vt cum volet sint vsui; est enim con- M.G. Plau. Ciſt. act. 1. sc. 1.

da, proma: ſed non *abſcondit* vel talentum in terra, vel lucernam ſub modio; nedum neſcio quæ *ſemina*, quæ putreſcant, ranceſcant, exoleſcant abſcondita. At hæc *temporibus & nationibus ſunt deſtinata*. Num prius nata? nec pòſt fata? quibus? quin fructum tulerint, protulerint? Id *ex Dei decreto*: quod ſemper iuſtum, ſemper miſericors, ſemel ſtatutum, ſed in hac cauſa huic abſconditum. Diſtinguat *tempora*, deſignet *nationes*. *Dei magnalia* num dicit *ſemina*? non magna quidem illa, magnorum fortè ſeminaria. *Dei magnalia* cum *loquebantur Apoſtoli*, num loquebantur *ſemina*? A Seuerino ſcilicet *relicta ſemina*, hic ſolœciſticè reddit *abſconſa*: vt tegat furtum, committit adulterium, & anſam immutat, ne deprehendatur. *A Deo dependeant*, ſed demittantur Homericâ catenâ aureâ. Verum eſt; *Spiritus, vbi vult, ſpirat*: nec de hoc minùs verum; *Deus non erat in vento illo*. A *Deo* quod eſt *liberum*, ab homine nec debet arripi, nec poteſt eripi. A Deo dona, ad gratiam, vt gratis dantur, ita gratis *hominibus*, qui nec venditant, nec ſibi vendicant. Quin è Roſario, *qui habet id donum Dei*, *habet mundi dominium*; *confregit naturæ vinculum* Libauio. Sed hæc quàm diſſita ab *auro* hoc *potabili*?

Act. Ap. 2. 11.
Seu. id. per. p. 106.
Ioan 3. 8.
1. Reg. 19. 11.
Roſar. mai. Plat. Lib. 3. iu. c. 14.

F.A. *Iam tandem tempeſtiuum videtur deſcendere ad res proprias noſtras. Quoniam igitur hoc ſubiectum quod nobis iam præ manibus eſt, tractatus huius ſuggeſſit argumentum: & quoniam hæſitare ſcio quã plurimos, vtrum Medicamentum illud noſtrum, quod Auri poculenti nomine inſigniri voluimus, ſit ex Auro obrizo præparatũ (vt publice datur) aut conflatitiũ quid (quod illi clamitant) ex vitriolo, Salis oleo, Sale Tartari, aut ſimilibus: operæpretium duxi, & omninò neceſſarium, hunc omnibus ex animo ſcrupulum vt euellam.*

M.G. *Deſcendat* ergo (ad abyſſum vſque) ad *res* ſuas, imò & *proprias*: num quarto modo? Si ſolius; alius ergo neminis, vel nunc, vel antehac: alterius ſi fuerint, vel nunc ſint alicuius, non ergo res ſunt *propria*. Prius nonnulli, ipſe poſterius, vtrunque negent cæteri. Noſtris ne ſe admiſceat. At id *ſubiectum* (obiectum potiùs) eſt huic *præ manibus*, ſed nõ

Æſſab. 4.

in

in manibus; vt caro, ſeu carnis vmbra, cani in fluuio præ oculis, ſed non in faucibus. At id *ſuggeſſit argumentum* ſugillandi *tractatus*: in quo nec *argumentum* λογικὸν, nec aliquid ſenſibile *tractatur manibus*. *Hæſitant plurimi* (id eſt, addubitant) hic an ſciat hærentes è luto trahere. *Medicamentum* ſuũ (quâ gratiâ? quo priuilegio?) hic *inſigniri voluit* (acſi ſuſpensâ hederâ) *Auri poculenti nomine*: cur inſcripſit igitur *potabile*? hoc illo minùs plenum. Quin tam proponat eſculentum non edendum, vt carnes & oſſa Ioui Prometheus, equo Caligula ex auro hordeũ; qui poculentũ propinat non potandum, vt vulpes ciconiæ non niſi fluida vix elambenda, Paſetes conuiuis quod viſum, non erat vinum? Num *ex auro obrizo* id *aurum præparatum*? Præparatiſſimum, expurgatiſſimum, abſolutiſſimum ſolebat dici ὄβρυζον. Quid opus vltra? Ab optimo in melius non poteſt: ab optimo in peius num hoc eſt *præparari*? *Id datur publicè*. Ab his qui verba dant: ſed non ab his conceditur, aut creditur, qui vera norunt. At *conflatitium* eſt aliquid. *Quid* illud nihili. Sed vt confletur monſtrare ipſe ſuſcipit. Id *illi clamitant*. Qui? num nullius nominis? at alicuius numeri: non muti qui clamant, & multi qui *clamitant*, non muſſitant, non murmurant. An *ex vitriolo, Salis oleo, Sale Tartari, aut ſimilibus*? Quidni alij dubitent, cum ipſe non definiat? At hic *euellet ſcrupulum*: injiciendo plures. *Poteſt à ſtolido*, vt ait Scaliger, *lapillus in puteum iaci, quem multi ſapientes non poſſint*, nedum ipſe *extrahere*. Hic ſpinam inruſit, quam cupit & conatur *euellere*, ſed neſcit, nequit. Nec verò mox id *agit*, nec vt *omnibus euellat*; etſi id *tempeſtiuum* dixerat, hoc *neceſſarium*.

Nat. Com. l. 4 c. 6.

Dion. Nic. in Cal.

Æſop. fab. 28

Scal. ſubt. ex. 70.

*Primum igitur* (*ap*endum eſt enim cum *Philoſophis*, *& cum iis* F.A. *qui in hac pronincia per aliquot fortaſſe annos militarunt*) *totius regiminis noſtri quo vtimur in hoc Magiſterio, nos ſpecimen hic ponemus, Theoriam ſimul ac Praxim: vt ſciant artis filij & Myſteriorum naturæ indagatores, non eſſe hac inanis oſtentationis ludibria, non im-*

*poſture inſignia: nec aliunde eſſe petita, quàm ex ipſis Spagyrice artis principijs certis: quæ vt ceterarum rerum Elementatarũ omnium, ita & ipſius Auri ſolidiſſima docet diſrumpere membra, & Eſſentiam eius euocare, vt humanis ſpiritibus tandem obtemperet. Gratum opus languentibus ægrotis: ingratum fortaſſe iis quibus diſplicent hi conatus. Tu tamen perge,*

*Quò ſuperum decreta vocant & ſancta voluntas,*
*Tu quoq; præſenti qui nos hoc munere donas,*
*Et celſum Dux prodis iter,*
*Qui tectos naturæ aditus, qui ſacra recludis*
*Atria, & amiſſæ reſtauras Artis honores,*
*ſurgentem ægrius herbam*
*Horrentes inter ſpinas, tribuloſq; feroces,*
*Irrora:*
*Informis non ſemper hyems Saturnia fundat*
*Frigora, & algenti contriſtet Sydere terras;*
*Sic mihi lata ſeges plenis florebit ariſtis.*
*Liceat mihi cum Philoſopho ſic Carminibus perorare.*

M.G. Non *omnibus euellit ſcrupulum*: nam *agit cum Philoſophis*; qui quàm ſunt pauci? *cum militantibus in hac prouincia*, qui quàm peruerſi? quàm porrò hic ineptus qui *agat cum philoſophis*, aut veteranis? At *vtitur regimine in ſuo Magiſterio*. Magiſter è Regentibus iam diu fuerat; non Regens diutiùs. Sed nec *Salernitanum* hoc *Regimen*, nec diæteticon, nec eſt Magiſtri de Magiſtris, nec *Gebri* qui Chymicis *Magiſter Magiſtrorum*. *Va* verò *vobis* Bachon denunciat, *qui nouo regimine ex capitoſitate veſtrâ inſenſata vultis metalla pluſquam perficere*. Huc redit *regimen*. Huius *hic ponet ſpecimen*.

Io Brac lig. vit p. 116.

Ro. Bac. ſp. alc p. 527.

Hor. l. 2. ep. 2. 10.

*Magna fidem promiſſa leuant.--*

Supponet magis, vt imponat nobis: imponunt enim ſpecies vel ſapientibus. Similitudo cauſa fallaciæ.

Art. po. 25.

*Decipimur ſpecie recti.--*

Hîc forſitan ſpem facit; poſt exhibet vix ſpeciem: nec modò dicatur *ſpecimen*, in quo *Theoria ſimul* (non ſimulata) *ac Praxis* proponitur, non impoſtoria. Hæc autem quorſum?

sum? *Vt sciant artis filij, & Mysteriorum naturæ indagatores.* Num sunt aliqui qui nesciant? an ius Mineruam docet? Agnosco equidem, amplector, veneror Hippocratæos ἰατρίχους, φιλοτέχνους, παῖδας ἰητρῶν, ἰδιωτισμένους, διδασκάλους, μαθητὰς, ἀκροατάς. qui discant quæ nesciunt, quæ sciunt doceant. At *artis filios* nec agnosco, nec probo, qui dialecticam sophistis, rhetoricam leguleijs, mathematicas nautis, fabris; philosophiam magistris artium, βοτανικὴν seplasiarijs, anatomen chirurgis, physiologian, pathologian, ætiologian, semeioticen relinquunt Galenicis, at sibi chymicam assumunt therapeian: mirum tamen ni nesciant, quid dicat therapeia, quid chymia: ridēt quod audēt nescire profiteri; simulant se scire quod ridere non audent. Naturæ modò *filius*, quàm huius *artis*, & esse, & dici manelim. De illis dixerim,

Hip. iusiur. præcept.

Τὶς πατὴρ αἰνήσει, εἰ μὴ γαμβρὸς αἰμύλος ἔσται

Plut. in Arat.

*Mysteria* concedam mystagogis, ne prophanato quidem nomine; nec inquiram in maiestatem, ne obruar à gloria: in medicina *secretum* æstimabo *maximum*, *cum ratione* optimâ *mederi*: in vita, ἄῤῥητα, *arcana*, Hippocratis astrictus iuramento, *reticebo*. Sint nostra ministeria, Naturæ melioris sint mysteria. Sed quid tandem *sciendum? Non esse hæc inanis ostentationis ludibria.* De non ente scientia. Qui ipse est *irrisioni inter eruditos*, vt phrasi ipsius vtar, eius hæ nugæ, næniæ, annon erunt *ludibria* inter omnes? Annon *inaniter ostentat* ista, qui iam iam iactitauit, non posse istis responderi? Sic *asinus Thessalius* ἀδόλιχος, sic Hippocrati ἀλήτης ἐν μυστηρίοις, βοῦβις, ἀβύτης ἐν βυδῷ ἀπύρου. *Nec impostura* sunt *insignia*. *Insignia* sunt scilicet

Tbeod. Bar. op. mei l. 1. c. vlt.

Hip. iusiur.

Hic præf.

Gal. met. med l. 1. c. 2. Hip. præc. 10.

— *Danaûmq; insignia*, —

Vir. Æn. l. 2.

quæ spectatores fallant, gestatores perdant, emptores conuocent, merces venales venditent. *Insignibus* tam gaudet, tam splendet *impostura*, quàm stultus tintinnabulis, meretrix monilibus, asellus phaleris, aut larua histrio. At

*hæc petita è Spagyrica principijs.* Longè. Foci mageirici, quàm fontes ſpagyrici ſunt luculentiores, & fouent, & formant magis. Nec eſt *ars* illa è ſeptem liberalibus, ſed illiberalis, ſi vlla; nec illi *principia* vel vera, vel vtilia, vel homogenea, finxit profeſſor, conceſſit author quiſpiam. Quàm digna (ſcilicet proſcriptione) ſunt *arti* axiomata, *quæ docet diſrumpere?* Verbum hoc violentum: phraſis è Cacophraſto (opinor) vinolento.

Ou. Pont. l. 2. el. 9.
*— Ingenuas didiciſſe fideliter artes*
*Emollit mores.—*

Hæc doceat Cannibales, carnifices, laniſtas, lanios, μαγειρους, non chirurgos, nedum Medicos, qui quamuis coacti vrant, ſecent quandoque; non tamen *diſrumpunt membra*, ſed *vi diſrupta*, arte redintegrant, curâ conſolidant.

Hor. l. 2. ſat. 3. 324.
*— non ſi ſe ruperit iſte*
*Par erit,—*

vt doceat ſecus. Id optem modò mitiùs,

Mart. l. 9. ep. 99. vlt.
*Rumpatur, quiſquis rumpitur inuidiâ.*
*— rumpantur vt ilia Codro.*

Eſt quidē analytica, ſed eſt & methodus ſynthetica; & hęc Naturæ gratior: de qua deinceps plura. Sed quæ *diſrumpit* hic corruptor? Non *aurum* in *membra*; ſed ipſa auri *membra*: quæ illa? num principia, ſulphur, vitriolum, argentum viuum: digna quidem, ſed neque ſolidiſſima, nec *diſrumpenda*: an fruſta, in quæ excoctum ſæpe conſcinditur, vt magis vſui. At hæc neque *diſrumpere*, nec *membra* dicas propriè tam ſummè homogenei, quæ in ſe redeant.

Hor. l. 1. ſat. 4. 62.
*Inuenias etiam diſiecti membra.—*

Sed (heu) quod modò princeps, quod ſummum obtinet in ſumma totius capitis, id iſte Hercules μανόμενος, vt filium, iam

Sen. Her. fur. act. 4.
*— rapuit & circa furens*
*Bis ter rotatum miſit: aſt illi caput*

*Sonat*

*Sonat, cerebro tecta dispersa madent.*

Imò *In coniugem nunc claua libratur grauis,*
*Perfregit ossa: corporis trunco caput*
*Abest, nec vsquam est.*—

Imò, vt Medæa venefica, *disrumpit*, dissipat, dispergit *membra* regiorum fratris & filiorum; Medæ act. 2.

*—funus incestum patri.*

Vt illi bijuges (*mercurius & aqua Cœlica*) Hipp act. 4.

*—& pariter moram,*
*Dominumq; rumpant,—*

& *aurum* distrahant quasi Hippolytum;

*Pereatq; multo vulnere infœlix decor.*

Nec sat est huic Myrmidoni, Lupigenæ, raptare bigis principem, *disrumpere*, nisi (*quod sacrum Pontifices occultârunt*) ex *auro* diruto *dirupto enocet auri essentiam*, vt tutelarem Deum. Plin l. 28. c. 2.

*Excessere omnes adytis arisq; relictis* Vir. Æn. l. 2.
*Dij, quibus imperium hoc steterat.—* 351.

Sed *euocantem* forsitan non audiet. At quòrsum hęc immanitas? *Humanis spiritibus vt aurum obtemperet. Obtemperare* natum; nec vnquam rebellauit: sed tam malè & inhumaniter tractatum, si nil potest, non proderit; si potest, oberit. Crol. bas. chy. p. 216. E Lullio affirmat Crollius, *præstare, ignem ardentẽ comedere cum oculis Basiliſci, quàm loco Auri potabilis venenum applicare*: venenum verò asserit, *Aurum potabile sophisticatum*: quale Anthonij. Hoc *aurum* non *obtemperat spiritibus*, sed eos distemperat. *Ingratum opus* igitur & *agris*, & ægricolis, & ipsi *auro*: illis, quòd sumptum & sanitatem; istis, quòd famam & amicos eo perdunt: huic, quòd ex *principe* fit perduellis, torquetur vt nos torqueat. Hic *tamen pergat* vt perdat; & quod Pratensis Scuerino non malis versibus, sed hyperbolicis, assentitur, (propè dixeram, assentatur) hic sui assentator (quia Pratensis nemo illi parasitatur) ijsdem, sed mutilis, *disruptis*, inconsutis se effert, Io. Prat. Ambr. vot.

se

se attollit. Quin autem explet versum tertium, vt ille,

v.307. *-- quà nulla priorum*
*Hactenus optato diuertitur orbita cliuo.*

Quin post quintum interserit, vt ille,

v.314. *Macte animo, macte æterna clarissime laude,*
*Quam non liuor edax, aut longa extinxerit ætas.*
*I decus, i nostrum.--*

Sequentem versum, sed inuersum, ipse posteà interserit. Quin post septimum interponit, vt ille!

319. *Quantum sacra sinunt velatæ iura Diana.*

Quin addit demum vltimo pro corollario, vt ille!

321. *Et Nymphæ inuictam texent de flore Coronam.*

Sed horum aliqua insanæ forent arrogantiæ, insignis aliqua stultitiæ *insignia*, quæ sibi hic vendicat, pro suis venditat, Pratensis *carmina*: qui etsi *Philosophus*, quia *Medicinæ Doctor*, eoque melior, quia poeta; non tamen eâ *Philosophus*, quâ Poeta: nec, tot *carminibus* cum hic *peroret*, tam illa *Philosophi κατ' ἐξοχὴν* putabam, quàm augurabar poetæ cuiuspiam *κατ' εἰρωνείαν*, puta Augurelli. Nec enim credebam huius esse, vtcunque authorem dissimulat, & sibi dicta arrogat, tum quia tam polita, tum quia tam multa mutila. At hyperbolico procœmio, de *auri summitate, nobilitate, principatu*, poëtica par erat *peroratio* (post distractissimas excursiones) de *Ducis celsitudine*, authoris *muneribus & læta segete* cum parænetico & panegyrico. Illorum misereſci-

Subscript.

Plin. l. 1. ep. 8. mus; ridemus ista. Nam Plinius vt admonet, *quod referente alio* (Pratensi putà) *magnificum fuisset rem gerenti* (putà Anthonio) id *recensente* Anthonio (acsi gessisset) *vanescit*, imò vilescit, imò sordescit. Annon *inanis ostentationis* hæc *ludibria, petita aliunde, impostiræ insignia*, quæ modò declinârat? Miserrimè mendicus laudis, sed laude indignissimus, quisquis est præco sui, suarum laudum buccinator. De cætero, *Celsus* audire hic si cupiat, non Paracelsus, nedum Latinus medicus Hippocrates (nam, Deus bone, quan-

quantum interest?) at Horatianus plagiarius hic audiet,

*--monitus, multumq́, monendus,*
*Priuatas vt quærat opes.--* Hor. l. 1. ep. 3.
*--moueat cornicula risum* 14. ad Cels.
*Furtiuis nudata coloribus.--* plag. 18.

Nam vt Plinio *ingenui est animi, per quem profecerit, profiteri*: ita Scaligero, *ignani, ingrati, alienis suos titulos imponere; qui conscientiam pro accusatore, pro iudice posteritatem habiturus*. Hoc in foro hunc relinquo. Dic, conscius, an innocens. Plin. præf. ad Tit. Scal. subt. ex. 160. 3.

## CAP. IIII.

*Mysterium Auri soluendi, & per Alembicum elevandi.* F.A.

## CAP. IIII.

*Soluendi Auri μυστήριον.* M.G.

VT librum quartũ Actuarius, sic caput quartum exordimur: *aut deuorandâ carnẽ testudinis, aut non gustandam*. Quam verò testudinem hunc nominem? μῦν, an χελώνην; lutariam, an corticatam? cornigeram, an coriaceam? Nempe vt apud Tullium, cum *Quadrupes, tardigrada, agrestis, humilis, aspera, capite breui, ceruice anguinâ, aspectu truci, euiscerata, inanima cum animali sono*, dicitur, non intelligitur, nisi apertè dixerit; sin vno verbo, testudo, intelligitur: sic septem capitibus, *septem sigillis, septenarius numerus, omnis Natura, cœlestium & supercœlestium receptaculum, Sol philosophicus & terrestris, Dei gerens imaginem cœlestis spiritus, diei vnicus & Solis filius, lapis benedictus, oculatus, sanguinis; regeneratum, plusquam perfectum, vniuersale subiectum, medicina catholica*, cum à Chymistis dicitur; vt verè dicam, non intelligo: sin *aurum* dicant, quis aures non arrigit? si addant *solubile*, imò & *potabile*, quis non intelligit, quid velint? quid possint, quis intelligit? Act. med. med. Lã. præf. Gesn. aquat. l. 4. test. Cic. diuin. l. 2. Crol. bas. chy. 1 p. 202. Onomast. 1. Hic.

Plin.l.32.c.4. git? Sed huius caro quia deuoranda, fit ſaluti; *contra ſalamandras* chymicas; contra *venena* chymica: hoc quicquid

Scal.ſub.ex. 194.6. eſt *auri*, epotabo. *In piſtrinum* (vt ait Scaliger) *quando meum me fatum impulit, molendum eſt.* Piſtrinum πουτρίριον, quo πουτρίον. Molendum *aurum*; imò emolliendum. Id molior.

F.A. *Corpus Auri ſolidum, indiget præparatione longâ, atque operatione continuâ: vt primò calcinetur, poſtea ſoluatur. Calcinatum enim corpus quod ſolidum prius erat, iam diſcontinuum euadit, & veluti impalpabile quoad tactum, magis quàm prius ſolutionis ſuſceptiuum. Non calcinatum ſolutioni nimis erit contumax. Neque tamen cum rebus corrodentibus, aut humanæ naturæ infeſtis calcinationem moliri debemus; vt vulgò fieri ſolet, per aquas (nimirum) fortes, ex vitriolo, Alumine, Nitro, & ſimilibus. Ablutiones enim licet vigeties repetantur, venenatas impreſſiones aquarum fortium auferre nequeunt. In verâ ac Philoſophica calcinatione, nulla reſidua fiunt cruditates, aut venenatæ impuritates, vomitionum, reſolutionum, palpitationum Cordis procreatrices. Cauendum ſemper ne ex huiuſmodi malitiâ, aliquid in Medicando damni patiamur.*

M.G. *Corpus Auri*: erat id *corpus* quidem, & *cum cauſa*, & ex ſe *ſolidum*, non ab hoc *itè*. At *indiget*: (an *aurum indigens?* an indigens, qui eo indiget?) & *præparatione* (quâ?) *longâ*, & *operatione* (quâ?) *continuâ*. Nec poteſt remitti, nec debet intermitti? Id *ſolidum*: cur eſt ſoluendũ? Id τριβὲν, cur τρῖπτον? hic homo λυσιλυὲς. quod Baccho, Veneri, & Podagræ epitheton, non modò *diſſoluit*, ſed *diſrumpit membra*. Tã huius λυτὰ

Col.Rh.A.L. 1.9 c.9. diſſoluta omnia: non de inſolubilibus. At hoc *Myſterium*: an Eleuſinium? reuelare ἄρρητον. Quis hunc inſtituit μυσαγωγόν? Παυσὰς πουτρᾶν δαμεὶς ὑπὸ χαλκᾶς, ἢ μυσαγωγοὶ, ἢ μύσαι, ait

Greg.Naz. Nazian: Hic videat, ne audiat ἄνος μυσαρὸς, quem magis deceat μύειν τὸ στόμα. Imo à ſuo Crollio *fractor ſigilli Chymici, & myſtico Pythagorico ſilentio non initiatus*: etſi vt ille,

Crol.præf.p.6 p.7. P.91.& Lul. non *myſteria*, niſi prophaniſſimè, ſed *micas* iſte promit, eaſque ieiuniſſimas, & inſulſiſſimas. *Myſteria* qui profitetur, nec præſtat, quia mendax, deteſtandus bonis: qui præ-

ſtat

ſtat ſeu propalat, quia verax, Chymiſtis execrandus. Ita noſtris, aut ſuis, hic erit profeſſor odio: odioſus, imò damnatus vtriſque. A Lullio, vel Crollio peiorem mortem timeat, quàm à Cerere Eleuſius, ſi opera nocturna aperit. De *operationibus* autem *Chymicis*, quo modo conueniet inter nos & illos, cum non conueniat inter ipſos, ſeu de nominibus, ſeu de rebus, ſiue de numero, ſiue de ordine? Quot homines, tot ſententiæ: quot capita, tot ſenſus. Monarcha Cacophraſtus, Geber Arabs, Arnaldus, Quercetanus, Libauius, alij, modos, ſeu gradus operandi tres, quatuor, ſeptem, octo, nouem, alios diſtinctos numerant; nunc hos ſub illis, nunc illos ſub his continent: eoſdem modò ſtatuunt diuerſos, diuerſos modò ſomniant eoſdem: hos illis præponunt, vt in buccam venerint. At *aurũ primò calcinetur, poſtea ſoluatur*: vtrunque Gebro, *ſine aliqua vtilitate*. Imò conſtet *aurum*. Quin Quercetano primũ putrefiat, tum ſublimetur, tertiò calcinetur, demum figatur, vt fiat medicina. Loquendum hîc cum Chymicis, non *quaſi cum Euandri matre*, cui verba, etſi vetera, tamen vera; ſed acſi cum Hannone Plauti, per interpretem: vel cum aduenâ è Noui Orbis Maronia, ſeu *linguâ Supermonicâ*, vt magis pſittacũ quàm Chymicum intelligas. Quid calx? quid calcinatio? de quibus? quomodo? quotuplex? an naturalis? an violenta? an catachreſtica? an per aquas, corrodendo, diluendo; an per ignes, non comburendo, comburendo, præcipitando, ſublimando? an ἁμφοτερ; an ἀμφω; an reuerberatoria? an alcoliſmus? an à formâ, an à fine dicta? ſi ab hoc quærerem, putaret primò puerile, ſed demum vir vix diceret. Sat eſt, ſi dicat, *calcinatum ritu Spagyrico*. Et *ritus* ille è non reuelandis, nedũ intelligendis. At plurimi intelligunt: cur ergo hic non exprimit? Credat qui volet, *ita calcinatum, Ipſe dixit*. Si Gebro debitè, *ſit ſine alterius admiſtione, à ſulphure interno adu ſtibili*: id ſulphur num in auro? Quin Gebro *calcinatio* cum ſit *pulueriz atio, quâ ſordes metallis eluuntur, ab inflam-*

Nat. Com. l. 5. c. 14.

Geb. c. 32. & l. 1. c. 17.

Quer. tr. 3 2

A Gel. noct. At. l. 1. c. 10. Plaut. Pœn. act. 5.

Merc. Brit. mun. alt.

Io. Brac. lig. vit. p. 42. è Geb. l. 1. c. 13.

l. 2. c. 13. 14.

l.3.c.6. Sum.c.51.& 70. *mabili & fugitiua ſubſtantia vt emundentur*; tum ipſi *aurum* fruſtrà *calcinatur*, quod ſordibus non inquinatum, nec *præparatione* illa *indiget*. At *calcinatur*. In calcem ſolummodo? reduci poteſt igitur. In cineres? de auro actũ igitur. Humor omnis (ſi quis erat auro) amittitur; vnde nouus acquiritur? Nũ reuerberando? qui aurũ reuerberet, ſit verbero. Num cementando? præcipitando? per corroſiua fit vtrumque. Num amalgamando? id μάλαγμα, quod cum mercurio, num ſine periculo? aurifabros interroga. Quod *calcinando euadit diſcontinuum*, vnitum *ſolidum* quod fuerat, annon & vnà *ſoluitur*? Imò hinc liquidum & fluidum. Num ita dehinc duraturum? An eò *ſoluitur*, vt ſit *ſolubile*? An hoc fit meliùs, caloris vi, vel frigoris? An verè Tauladano, *aurum tametſi millies in calcem reducatur, ad formam ſemper natiuam redit*? Hæc *auri calx* an illa, Libauio quæ *etiam motu fulminat*? Sed adhuc vereor, ne priùs *ſoluatur aurum*, quàm in *calcem* redigatur; etſi *ſoluendum* denuò, & ſæpiùs, priuſquã deſiccandũ. Sed *ſolus* ſolùm cũ dicat indiſtinctè, quo modo axiomata ſeu ἀποφάσεις diſſoluet chymica, quæ dicunt, *Cum corpus diſſoluitur in mercurium ex quo proceſſit, neceſſariam eſſe ante ſolutionem, corporis diſſolutionem; vtramque ignis beneficio: ſed diſſolutionem fieri in alieno, ſolutionem in proprio; in diſſolutione elixir, in ſolutione azoch generari; poſt diſſolutionem fieri aquam permanentem, poſt ſolutionem, elementorum coniunctionem; illam per præſentiam ignis, hanc per eius abſentiam*? Ingenioſa videantur iſta; vix ingenua. Sed dicat hic ingenuè ſi poteſt, ſi ei priùs ingenium, quo diſſolutionem, *ſolutionem*, aut nunc Græcorum λύσιν, ἀνάλυσιν, διάλυσιν, διάκρισιν, ſed cum criſi diſtinguat? At eſt *ſoluendum*! Quid? Id ſolum Gebro & Libauio (imò & calcinatur) *quod habet naturam ſalis aut aluminis*. Sed quid *auro* commune cum ſale aut alumine? *Id ſolum* Gebro *ſoluitur, quod fundi non poteſt, nec ingreſſionem habet*. Sed *aurum* & fundi poteſt, & miſceri. Sed fit *ſolutio* æquiuoca; fint hæc *Gebri ſophiſmata*, quæ vel imponunt, vel

Tau.an.p 253

Lib.ttium.c. 46.p.507.

Iof.Mic ax.ch. P.342.

Br.lig.vi.p.49 Lib.l.2.cp.4 è Geb.l.2.c.15. Lib.ab.epiſt.6

Blau è Geb.l. 1.c.22.

per-

*perturbant.* Non *senex Anglicus* hic Alchymista *per annos quadraginta hoc laborans, tam neget solui posse, sed solùm incinerari.* Sciat hic *soluere* coagulata, *soluta* coagulare (in butyro & caseo scientem scias) vt corporis *solutio* sit spiritus coagulatio; contraria confundantur. At quibus demum *calcinatur, soluitur? Non* his, *non* illis. Per abnegationem solam qui docet, est Doctor abnegandus. *Non rebus corrodentibus, per aquas fortes.* Non dicit *Rebis* (quod nimium in ore Chymicis, an quia Paracelsicum?) quasi re binâ, vel re bis operatâ, iteratâ, seu versu, qualis Chymicorum,

*Res Rebis est bina coniuncta, sed tamen vna,*
*Soluitur, &c.*

Quæst. de lap Ph p. 330.

Lib. ib. ep. 11.

Ios. Mic. ver. me. p. 306.

Verùm de *corrodentibus* Libauius è Paracelso *impossibile* affirmat *aurum solui, nisi aquâ corrosiuâ:* ex huius Lullio, è Gebro, è Rosario, & alijs ostendit aquas *corrodentes* in hunc finem plures. Quin Crollius è *centum auri potabilis descriptionibus*, cum *vnam* præfert, *nec* illam *comprobatam*, tum *recipit* in illa non modò *Aquæ fortis libram semis*, sed *in hac soluit salis Armoniaci vnciam vnam*, vt hinc sit *Aquæ Regis, quâ tantum solues Auri quantum libuerit:* & hæc *ad calcem Solis præparandam.* Verùm Libauius, *corrodens aqua seu Regia in mercurium non redigit aurum, nisi crebrò repetas, sublimes, & aceto vel sale Tartari materes; & vbi hoc peregeris, metuas temeritatem operis:* & *negant aurifabri argentum solui aquâ forti, si priùs sal adiiciatur:* misi sit ammoniacus. Hic *aquas* cum dicit *fortes, è vitriolo, alumine, nitro, & similibus* addit; acsi communibus his solùm *corrodentibus soluatur, calcinetur:* priore folio *quid conflatitium* dici *ex vitriolo, Salis oleo, Sale Tartari, aut similibus* dixit: acsi ex his præsertim *corrodentibus confletur aurum*, quod difflatur magis. Omisit autem vtrobique Salem ammoniacum, qui & in *aurum* & in *auro* agit fortissimè, nec aquas modò fortes, seu infernales, stygias, imò Ignem Gehennæ Paracelso conflat; & illum sufflantem Pyrium *Auri* volatilis horrendum puluerem; &

Lib. ib. p. 38.

L. 2. ep. 11. p. 66.

Lib. 1. de tinct. n. 27.

Com.met.l.1. c.2. L.2. ep.91. Crol. baſ.chy. p.212. Num.5.18.

*aquas* denique huic vſui ex eo dictas Regias, quòd Regis *Auri* caſtitas aut inceſtus ab ijs exploratur, vt olim ſcilicet *aquis* amaris in pontificatu Iudaico ſuſpectæ pudicitiæ viragines. At additis *ſimilibus* intelliguntur cætera. Hinc dicere ſufficiet, Aurum cum cæteris efficiet *aurum potabile*; Anthonius cum cæteris, & id efficiet, & iſtis reſpondebit. Nam ſi addantur cætera, nil deficit. At hîc maiora reticentur, minora exprimuntur. Verùm Libauio *per aquam Regiam ex auro tinctura elicitur, ita vt album & mercuriale corpus ſeorſim maneat*: cui tamen, *ſi iudicium exactum quæritur, eſt eius fides dubia*. Interea è *corrodentibus*, vt *naturæ infeſtis*, & *venenatas impreſſiones ægrè auferendas*, & *impuritates vomitionum, reſolutionum, palpitationum Cordis procreatrices* (quæ rarò Medicis, ſæpe in vſu Chymicis) & hic fatetur reus; & ne dicatis non prædictum, monet *cauendum* Chryſalus, *ne aurum auferat per ſycophantiam; quod vltrò dabitis, orabitis vt auferat*; cum veſtro *damno* & malo. Malignitatem rerum tegit hominis *malitia*: nec *damnum patitur* qui *medicatur*, imò lucrum facit; ſed & *damnum* & malum *patitur*, cui malus *medicatur*. Tam verum ſcilicet hunc ſcire omnia, quàm *aurum ſoluere* ſine *malitiâ*, ſine malignitate. Quàm verum eſt, ſi illa adhibeantur *venenata*, iſta conſequi incommoda; tam falſum eſt hunc non adoperari, vt alios chymiſtas, *corrodentia*. Nec enim ſapit ſupra vulgus; nec mens, aut methodus eſt ei alia, vtcunque lingua aut penna in diuerſum abeunt. Nouit *rodere* ad viuam cutim; nec tam tondere, quàm deglubere. Quin quod Monarcha profeſſus ſine corroſiuis impoſſibile, id hic profeſſor ſubditus (propè dixeram, ſubditicius) non modò poſſibile, ſed ſibi planè fieri audebit proclamare? & audiet non ſubditicius? quaſi verior Monarchâ audietur? Non credo; vt vt Crollio Chymicus, Plutarcho perfectus medicus eſt ὁ τὰ δυνατὰ καὶ τὰ μὴ δυνατὰ διαιρῶν. Ipſa *corroſio* & huic eſt vulgaris *ſolutio*, & Libauio etſi *non vera ſolutio*, *at ad ſoluendum*

Lib.com.met l.1.p.20. L.2. ep.91. p. 561.

Plaut.Bacch. ſc.4.

Crol. præf. p. 81. Trophil. ap. Plut. Lib.l.2. ep.4. ep.66.

*pra-*

*præparatio, & quidem calcinatio*: & ipſa *calcinatio ex aquis* eſt *acutis* vſitata, quæ potiùs *ſolutio per putrefactionem*. At huic *ſolutio* ſeu *calcinatio* hæc eſt *ſophiſtica*, non *ſolennis*: acſi quod ille calcinat quibuſdam ceremonijs ſeu ſacrificijs ſit ſacrum, ſtatum, ac *ſolenne*. At non eſt *vera, philoſophica*. Credo equidem, nec huius vlla. In iſta nempe, *nulla reſidine eruditates*. Sed ſunt reſiduæ, & eò recidiuæ vnde deciderãt; nec *aurum* hinc excoctius. *Crudum reſideat* apud me mauelim, quàm hinc ſoluatur.

*Calcinatum hoc corpus Spagyrico ritu in vaſe vitreo collocamus:* F.A.
*cui affundimus aquam Cælicam Raymundinam dictam: quam protinus ebullire conſpicies, & in altum aſcendere abſque alio calore. Ceſſante ebullitione, & iunctura peroptimè clauſis ne quid reſpiret, in temperato calore per aliquot dies ſtatuimus. Ita ſenſim aqua hæc noſtra flauo colore tingitur, ac ſi Croco perfunderetur. Quod clarum eſt euacuamus in aliam ampullam per inclinationem caute ne turbentur fæces. Aliam affundimus aquam priori ſimilem iteratis ſemper vicibus, vſque dum vlterius non coloretur aqua. Omnes coloratas hinc aquas ſimul collectas, per lentiſſimum Balnei calorem ediſtillamus. Exit aqua clara (vt prius) Materia Auri ſoluta, ſubſidet in vitri fundo Mellis inſtar, ſolubilis in quocunque liquore.*

At *aqua Cœlica affunditur*. Non cœlitùs. Imò hæc *Raymundina*. M. G.
Cœleſtis putà melior Matthioli. Raymundi cur præfertur? Ipſum culpatum legimus à Paracelſo, & ad hoc opus *tractam* ipſi *materiam ex re vili & impreciabili*, vt loquar chymicè cum Crollio. Sed illa vbi ſcribitur? cur non ab hoc deſcribitur? Sic *dicta*. A quo priùs? Vbi dictata? Nempe hic technam tegit. Acutas à Lullio accepimus; ſed nuſquam ſine *corroſiuo Cœlicam*. Acumen erat alijs, & ſtudioſis Lullij: ij non viderunt, quod hic vidit? Quin ipſe Lullius, num tale aliquid? Nihil hic recito, de illo quod citaui. Potuiſſe, ſciuiſſe, feciſſe ipſum, hic quod ex illo memorat, nemo memoriæ, qui fide dignus, tradit. Doctor ſi neſciit, nouit diſcipulus? Doctoris inuentum, ſi agnoſcit diſcipulus? Si liberet imponere, illudere; liceret facilè & Chryſor. dial. fin. Crol. præf. p. 55.

ludere

ludere nominibus, & inaudita rebus nomina quæ nec ſunt faciles, nec factæ priùs, nec fiendæ in poſterum, imponere. Promatur, prodeat, prodatur *aqua Cœlica*, ſe prodet, ſe probabit *acutam, corrodentem*. Tam *acutam* accepi, vt ſenſum remota feriat, admota nares percellat, commota ipſum cerebrum perſtringat: vt quiſquis ſentiat, *acetum*
Par. contr. tr. 2 c. 2. *deſtillatum* conijciat; ſeu radicatum, quod calci pariter *af-*
Lib. l. 2. ep. 4. *fundit* & Paracelſus & Geber, idque vt hic, *iterum donec*
è Geb. & Par. *pars reliqua in liquorem abierit*: quod *ex officio ſoluentem a-*
ep. 65. *quam* Paracelſus nominat. Sunt & *acuta* alia, & illa *calci-*
ep. 67. *nantia, ſoluentia*, quæ turpi appellant nomine, ſed vſu ne-
ep. 93. ceſſario vt menſtrua vſurpant Chymici: ſed ſunt acuta
ep. 6. p. 40. omnia. Eſt autem Libauio *acetum in hoc opere* (nec enim
38. lapidis & auri potabilis (opinor) multùm diuerſa ratio, ſeu operatio) *nihil omnino aliud, quàm crudus Mercurius*.
Ri. An. com. c. Hinc eſt Richardo Anglico *duplex ſolutio, vel per mercu-*
15. *rium in mercurium, vel per mercurium in aquam mercuria-*
*lem; vt illa ad particularia, hæc ad vniuerſalia conducat*: om-
Roſ. min. c. 2. nino *ſoluat corpora crudus mercurius*. Et Roſario minori,
c. 1 f. *Solis Mercurius eſt de hydrargyro hydargyros*. Quin Liba-
Lib. ib. ep. 67. uio, *hydrargyros (pro præmio) vi acutarum aquarum corro-*
p. 394. *ditur & calcinatur in ſubtiliſſimum puluerem*. Hæc hic in-
Act. Col. Apr. terpretetur, & conciliet ſibi. Nempe hic alibi profeſſus eſt
10. 1609. apertiùs (at apertiſſimè hîc decuit, cum ſe docere profite-
tur) *ſe primò amalgama* (malim vt dicat μάλαγμα, vt aurifa-
bris doctior) *ex auro & mercurio conficere* (fortè, vt priùs, pilulam explosam è Palmario) *vt auri ſit pars vna, tres*
*mercurij*: num conuenit proportio, quæ alijs vel dupla, vel
Lib. l. 2. ep. 38. octupla (etſi hæc nimium hiet) Vlſtadio *auri vna & ſex-*
ex Vl. *tupla mercurij*? num auri præparatio, ſeu in lamellas, ſeu in puluerem, ſeu elimatam ſcobem? quin & hoc addidit? Verùm hinc ipſe caueat aurificum, metallurgorum, χειράδας, βρογχοκήλας, catarrhos, aſthmata, pallores, tormina, corroſos digitos, & vngues calcinatos. Sed pergat, vt pereat ſuo

forex

ſorex indicio. *Tum ſale communi calcinat, mercurius dum anolet*: dum pellat Stymphalidas, aut dolium impleat Danaidum; dum ſaxum ſiſtat Siſyphi. Dicat planè an calcinet, per ignes, an per aquas? per tritionem, an putredinem? An exprimitur hydrargyrus per pellem agninam, aut hircinum corium? an tollitur, aut ſublimando in vaſe, aut corrodendo per fortes, aut exhalando ſuper prunas? An vtrumque præcipitatur ſimul? An fugat *ſal* ſolus & *communis mercurium auro* inſinuatum, imò incorporatum? Sal id ſi valeat, annon igne validius? & aquâ forti fortius? & acutâ acutius, quæ ægrè *aurum calcinant*, depurant à mercurio? Sin tale quiddam Sal qui *calcinat*; annon mordaci, *acuto, forti, corrodente* facta eſt *calcinatio*? Quid? an auro (quaſi ranis) hydrargyrus ſat placens, placidus (quaſi lignum inſipidum) cum tollitur, à Ioue hoc immittitur Sal vorax, mordax, corroſiuus (quaſi Ciconia) mutato rege, non ſublatâ tyrannide? Imò hic Iouem iurat lapidem, & hunc ſe ſublaturum. Nam *ſalem poſt abluit aquâ inſtrumentali*

Crol. baſ. chy. p. 150.

Æſop. fab. 18.

*Nulla vt tam magno corpore mica ſalis*; Catul. ep. el. 18

tam ſit inſulſum aurum, quàm eſt ipſe. Cur tum *inſtrumentalis*, quæ nunc *Cœlica*? Huic cœlica ſunt inſtrumenta ſcilicet; quæ *ſalem* illi abluant. Ex eo tempore, & ſapit altiùs, & loquitur. Vnde alterutra? Hæc *Raymundina*. Vix munda, quia *menſtruum*. An illa, quæ Raymundo *venenum* eſt *viuentium*, ſi *cibus mortuorum*? An illa *aqua ignis, quæ* illi *comburit aurum*? Quæ tamen & Lullio & Crollio, & huic ex illis poſteà ſub varijs nominibus (ad impoſturam impoſitis) ſunt vna *aqua Sapientiæ Philoſophorum*, & vno verbo *Mercurius*: qui tamen anteà huic euolauit *ſale pulſus*. Sed & *commentus Lullius* (vt commentatur Libauius) *quintam vini eſſentiam ſummè depuratam, nobilitatam, quam vocabat cœlum* (hinc, puto, huius *cœlica*) & *aſtra in imis, & errones in ſummis*: errores penè dixeram in omnibus: vt *non*

4.

Lull. codic. c. 38. p. Teſt. theor. c. 59. f.

Crol. baſ. p. 123.

Lib. l. 1. ep. 18.

nunc *vini alcool*, qui puluis impalpabilis, *non menſtruum alcoliſatum* (vt olim barbarè) etſi è vino, aceto vini, aut vini tartaro ſit orta, eruta; *non exaſperata aqua ardens* audiat, ne nomen ipſum auditores abſterreat, emptores arceat, ſed ſpecioſo, pretioſo nomine vt fallat, fiat *aqua Cœlica*, quæ cœlum terræ miſceat, & ima ſummis. Ita hic, & ille,

Hor. l. 1. ep. 16 54. *Sit ſpes fallendi, miſcebit ſacra prophanis.*

Libau. lib. p. 168. Sed videat & hic, & ille, ne malè audiat, & apud exteros, ſi, *Londinas* alter, *apparatum lapidis* aut auri potabilis *non explicet ſine pollutione diuinorum oraculorum, ſine paſſione Chriſti Saluatoris*; qui ſolus eſt *Cœlicus*: à quo ſolo eſt *aqua cœleſtis vitæ*. Sed vt illa, etiam non intelligentibus, ita intelligentibus quæ ex hoc *conſpexerimus* de *ebullitione, aſcenſione, clauſuris, calore, colore, claritate*, ſunt nugæ nugarum nugaciſſimæ. Quin quod *ebullit protinùs* annon per *corrodentia* eò adigitur? nec ipſum antè præparatum, cum *abſq; alio calore* fiat? *Iunctura* cur dicuntur *clauſæ peroptimè*, phraſi non optimâ? *nequid reſpiret?* expiret, fortè diceret: hic cum reſpirat vtique, expirat opidò? Quin num hic propriè *per inclinationem cautè euacuat*, an magis Quercetanus *diligenter ſeparat, ne quid ſimul exeat turbidi?* Et quid in illis *fœcibus?* Annon adhuc eſt *aurum? Euolante mercurio, abluto ſale, aquâ euacuatâ*, quid reſidui? Annon in *aurum* recidit? num auri perda *fœces* abjicis? At *aqua* inde *colorata*. Colores ſequeris? relinquis corpus? Corpus num abijt in *colores?* Num *fœces* adhuc ſine corpore? Quid fit de *fœcibus? Aqua colore tingitur*. Quo? *flauo* ſcilicet. Eodem ſunt *colore ſolutiones* Crollio *factæ per corroſiua*. Et quot quæ non ex *auro? Aqua colorata ediſtillatur*. Quid opus? actum agere? Quid *exit? Aqua clara. Clara* introijt, & *colorata*: quin *clara exeat?* non *colorata* forſitan: *colorem* poſuit modò? Quid *aquâ* fiet *exeunte?* Nimirum frugi Quercetano, *perpetuò inſeruiet ad nouas diſſolutiones; vnde exiguum deperditur*. At nunquid *ſubſidet*.

Quer. med. pri. c. 6.

Cro. baſ. p. 216

Quer. lib. p. 43.

(ſeu

(ſeu *mellis inſtar*, ſeu amurcæ, parum intereſt) *Materia* (vt iſte ſomniat) *auri ſoluta. Materia?* an prima? an ad primam redacta? ergo actu nihil: an ſecunda *ſoluta?* ergo nondum ens tale, nedum ens idem dicitur: non *aurum* igitur. *Auri materia? Aurum* foris? intus *auri materia?* materia num ſeparabilis, *ὑποκείμενον* vt maneat? *Aurum colorem* (putà) impertijt; num *color* auexit *auri materiam*, ſeparabile accidens inſeparabilem ſubſtantiam? An *aqua* effluxit *clara?* an & *tranauit aurum?* Annon & *aqua* ſuberat *materia?* annon è *fœcibus* affluxit aliquid? Quin *fœces* caput mortuum appellat, vt plerique? An aliquid tam ſimplex *deſtillatur*, cuius plurimum vt *exeat*, *infundo* aliquid vt non *ſubſideat!* putà *Mercurij*, putà *ſalis*, putà *aquæ Cœlicæ*, putà ſceleſti menſtrui, quiduis puta, modò ne putes *auri materiam* hîc *ſubſidere*: aut illam reputa omnino reducibilem. Eſt illa huic *ſoluta*, vt ſit ſolubilis. O circulos: rotam Ixionis; telam Penelopes. Si *aurum* ab hoc debitum, credenti cuipiam *ſolutum* eſſet, eſſe poſteà *ſolubile* hic bonâ fide deieraret. Si adhuc *ſolubilis materia*, cur eſt *ſoluta?* Si è ſicco in humidum *ſoluta*, cur in ſiccitatem redacta, denuò vt humectetur? Sic voluit ſaxum Siſyphus, vt ſemper voluat: In hunc finem hic *ſoluit aurum*, vt ſine fine *ſoluat*, & ſemper ſit *ſoluendo*. At id in illo anteà; nũc *in quocunque liquore*: ergo & in illo; vt in gyrum hic redeat, aut in Circenſes ludos.

Vir. Geor. l. 2. 402.

*—redit auricolis labor actus in orbem.*

F. A.

*Dura illa compages iam ſoluta eſt, & Metallica Auri forma omnò deſtructa: adeò vt in nullum vlterius Metallum reduci poſſit. Interim tamen nullâ ignis violentiâ deuaſtari poteſt hæc ſubſtantia, aut in fauillam aduri, quod perfectionis Auri certiſſimum eſt ſignum. Iſta enim ſolutio, eſt ſub conſeruatione ſuæ ſpeciei, & eſt ſolennis ac verè Philoſophica, non corroſio illa ſophiſtica & vulgaris. Præterea ſummi humidum primigenium conſeruatur integrum, quia noſtrum hoc agens Auro ipſo contemperatum in natura eſt, non contra naturam, vt ſunt aquæ fortes, quæ non omninò ſunt de intentione Philoſophorum. Ex contrariorum enim commiſtione commixtioneq; corrumpuntur*

*ſemper Eſſentia rerum, vincente prædominanteq; contrario. Vera autem ac Philoſophica illa ſolutio fieri ſemper conſueuit cum rebus in natura temperatis: ita non irritatur natura Auri, nec vim vllam, aut violentam inimicitiam perſentiſcit.*

M.G. Hinc acſi acta, tranſacta omnia, ἀφὸ τῆς νικῆς ἐγκώμιον, hic conclamatum, conſummatum clamat. *Compages iam ſoluta; forma omninò deſtructa.* Hem, tollutim badiza. Hic, qui *compagem ſoluat*, infirmus; qui *formas deſtruat*, informis: etſi Philoſopho, ῥᾷον ἀναπνεύσαι, κατασκευάσαι χαλεπώτατον. De his priùs: nil repeto. At hic, *Iam in currum conſcendit, iam lora in manus cepit ſuas.*

Ariſt org.

Pla. Mer. act. 5

Hor. l. 2. ep. 2. 130.

*In vacuo lætus ſeſſor, plauſorq; theatro.*

Imò hęc ita expedit, *vt in nullum vlterius Metallum reduci poſſit. Aurum*, vt Perſa (canis) vt Roma, (gallus) perijt; Æmiliæ; Honorio. Nam *formâ deſtructâ*, res perit Philoſophis. An totum! οὐκ ὅλον φθείρεται. An *forma deſtruitur?* imò nec *craſis*, quæ *inſeparabilis, irreparabilis.* Quin quod *metallum auro vlterius*, quod *finis Chymicis, & metallorum vltimum*, addo & optimum? Tam ſanus hic redeat, quàm ad ſe *aurum.* Nam niſi *aurum* redeat, quomodò huic *aurum potabile?* quomodo *auri* (inaurem, ſeu) *ſignum* habet *certiſſimum, igne non deuaſtari, in fauillam non aduri? Signa* perſtant? perijt ſubſtantia? An & hæc *auri* ſubſtantia, cuius *forma deſtructa?* Si nondum in cineres, quid ni è calce *reducatur?* Si *reducatur* in *mercurium* quod aliqui collineant, vt hic *metalla ſeptem* numerat, annon *reducitur in metallum?* Ipſe *hydrargyros* annon Libauio, & *neci datur, & in vitam redit?* eoque *aurum* potiùs, quod ſummè *homogeneum?* Annon *metalla eliqueſcunt, iterumq; coagulant in formam priſtinam? & præſertim calces in limpidiſſimam ſoluuntur aquam, ex qua in corpus reducuntur?* Annon illi (ſed ex Fallopio, vtroque cauſam ignorante) *mercurius in fauillam adductus paruâ operâ reuiuiſcit.?* Verùm *auri fauillam qui in aurum poteſt reducere, an Deus eſt, an diuinis inſtructus armis?* Sunt ſanè

Plut. in Pa. Æm.

Egnat. in Arc. & Hon.

Lib. 1. 2. ep. 11. 1. 2. ep. 52.

Lib. 1. 2. ep. 52. ep. 53 p.

sanè homines qui *reduxerunt* quicquid hîc *auri* inerat, & *in aurum reducent*, *in auro* huius *potabili* quodcunque inerit. At nihil inerit: vt ergo *aurum* dicitur? De quo, nil dubium quin *aurum* si fuerit, in *aurum* redeat; de quali, spes aliqua vt aliquanto melius; de quanto votum Libauij; *Vtinam & Chymici possent id quod in auri quanto frequenter decoquunt, reducere.* Ita Bernhardus *besses imposuit*, imò deposuit (nisi cum poneret sibi imponeret) 25. sperauit inde *centum*, recepit solos *sedecim*, ad nouem perdidit. Non vidit ille omnia; sed vidit sedecim. At in opere Anthonij nihil deperditur, nisi opera perditur; ergo *reducitur*. E lapidis puluere *aurum* projicere quantum iniecerat, quàm impostori facile? ergo *ductile*. Tam dura est μετάβασις; tam dira μετάβολη; vt nulla sit ἀνάστασις nulla ἀναγωγὴ? Exulauit *aurum* perpetuò? Et tota species, & vnà spes interijt? An quod solebat nec igni Poliorcetæ cedere, Ep. 52 p. 300.

*Per damna, per cædes, ab ipso*
*Sumet opes animum q; furno?*
*Mersus profundo, pulchrior euenit;*
*Luctere, multâ proruet integrum*
*Cum laude victorem.* — Hor. l. 4. od. 4. 59.

Imò *ista solutio est sub conseruatione suæ speciei.* Hic nempe *aurum* iugulat, vt Peliam parentem piæ filiæ suasu Medææ Chymicæ, vt reiuuenescat *aurum*. Mirum, nisi, vt Myrrha, cum *auro* malè poto sic rem habeat, vt prole *potabili* parentem reddat: ad *conseruationem speciei*, scilicet. Si sit *solutio sub conseruatione*, sit interficere, reficere; sit perimere, redimere; sit perdere, reddere. Sic *conseruat* Anthonius, cum *soluit species* & indiuidua. Non subalternæ, sed contradiuisæ *species*, *solutio* & *conseruatio*. At hæc est *solemnis & verè Philosophica*; *non corroso illa sophistica & vulgaris*. Audire hîc videor Plautinum coquum; nisi quod ille condimenti, hîc calcinamenti coquus, an sceleſti, an Cœlici, satis est Chymici, cui sal aspergitur. *Non hic condit, vt alij, qui herbas* Ouid. Met. l. 7 l. 10.

*herbis condiunt vulgaribus: ſed hic diuinis vtitur cicilendro, polindro, &c.* vt qui conducat, eiulet, *Te Iupiter Dijq; omnes perduint cum condimentis tuis, cumq; tuis iſtis omnibus mendacijs.* Nam hic *ſeruator hominum, è ſene faciet rurſus adoleſcentulum*, vt huius *potabile* qui ebibat, *ducenos annos poſsit viuere.* Sit *ſolemnis ſolutio*, vt *annus* Iubilei, poſt quinquaginta, imò quingentos annos, imò ad Calendas Græcas, præſtanda, proclamanda. At *philoſophica*: num *calcinatio?* at illa *non formam & craſin, ſed continuitatem tollit:* ergo adhuc *reductile.* Imò *ſolutio*: at vt Vlſtadio, *nemo artificum ſe auſit gloriari ſine hydrargyro aurum feciſſe*; ita Libauio è Porta, *Aurum, ne igne quidem trimeſtri iacturam paſſum* (vt nec bimeſtri Claueo) *aquis regijs eroditur, & in liquorem diffunditur, indeprehensâ corporis minutiâ; at nihil inde ſentit diſcriminis: redit enim pauculâ opellâ.* Ergo adhuc reductile. *Nam è ſalſilagine redit ſal, è liquore metallico metallum. Interna non perit forma.* Ergo adhuc reductile. At *non corroſio ſophiſtica.* Eſt nec σοφῶν, nec σοφιστῶν. *Sophiſtæ* Tullio *philoſophantur*; ſed *aut oſtentationis, aut quæſtus causâ*: ſic Chymiſtæ. *Sophiſticè* an *Paracelſus aurum corrodit Stygijs, & gemmas aceto radicato?* an inde logicè Libauius, *tam potentibus viribus noxæ inferri aliquid, vt vix reduci poſsit?* poſſit reduci tamen. *Sophiſticè* an *Paracelſus acetum ex officio ſoluentem aquam nominat? Geber affundit calci acetum deſtillatum?* omnes Chymiſtæ *omne aurum chymicum ex corroſiuis* faciunt? an logicè Anthonius *aurum* aceto Cleopatræ *ſoluit*, vt Cleopatra margaritas Antonio? an verè *negant* Libauio, *metalla verè ſolui corroſiuis aquis, quia ſaltem in minimas easq; reductiles differantur particulas?* an cum proponit veras *auri ſoluentes* aquas è philoſophis Libauius, apponit vtique *acuta corroſiua?* Concludat inde Paracelſus, *aurum poculentum per aquas acutas corroſum reduci prorſus poſſe.* Id *interim tamen* ergo prætereat, & pereat; & hoc *prætereà*, ἀναλθητον, ἀναλλυθον. At *ſumm humi-*

Lib.l.2.ep.70.
ep.52.
ep.53.
Clau.ap.chry. p.39.
Lib.ib.ep.56.
Cic. Acad. q. l.1.
Lib.ib.ep.52.
ep.4.
Collect.ch. Lacin.p.97.
Lib.ib.ep.11. p.
ep.38.
ep.49.

*humidum* (vt *ſua ſpecies*) *conſeruatur*. Suas grammaticas vix ſeruant vices iſta reciproca, vt ritè reſpondeant; rectè reddantur ſibi. At *primigenium* eſt *integrum*. Quod dicit *auri humidum*? quod *primigenium*? Quod ſi ſit *integrum*, non eſt *deſtructa forma*; non ſunt *diſrupta membra*; *compages* vix *ſoluta*. Facta ἀλλοίωσις fortaſſe aliqua, ſed non ἀλλοτρίωσις, ἀτόλυσις, ſed non ἀτμυσις, κάθαρσις, ſed non καθαίρεσις. At quî fit iſtud? *Quia noſtrum hoc agens* (putâram *Raymundinum*) (an *agens* impigrum ignauus princeps adhibet in eneruatum patiens?) *Auro* (non ipſi, ſed) *ipſo contemperatum*. An dicit ſimili temperie, an penitùs cum *auro* mixtum? vtrumuis dicit, falſum dicit; nec aliud poteſt dicere: id, quia *agens* liquidum perperacutum, at *aurum* ſolidum, inſipidum; hoc, quia *agens* ab arte in retortula factitium, at *aurum à natura* in minera proſeminatum. At illud *in natura, non contrà naturam, vt ſunt aquæ fortes*. Sit *in* rerum *natura*, quia Lullij, vel huius creatura: at nec magis, quàm iſtæ, à *natura*, ſeu quòd ſit, ſeu quòd proſit, nec minùs *contra naturam*, ſeu quòd obſiſtat, ſeu quòd obſit. *Aquæ* & hæ, & illæ, vt defluxerunt à *natura*, ſic deflexerunt *in naturam*; vt illi diluuium, ſaltem diuortium, vim planè minitentur. Sint *aquæ inſtrumentales* hæ & illæ; at inſtrumenta in re medicâ, non ad remedia, ſed deleteria; quæ deſtruant, non aſtruant. Vtriſque tamen Chymicus hic vtitur, abutitur. Quæ *ſint de intentione Philoſophorum*, hic non intendit animum vt diſceret, quorum conſilia quò tendant non aſſequitur: de quibus dicit barbarè, ſentit vt ſine cerebro. Attende potius, vt illis intendat litem. *Rerum eſſentiæ ex contrariorum coniunctione commixtioneq; corrumpuntur*. Quis hoc Philoſophus? Imò Empedocles litem & amicitiam, Parmenides frigus & calorem, Plato magnum & paruum, Democritus ſolidum & inane, Ariſtoteles tria phyſica ſeu elementa quatuor, omninò omnes plura cum putant principia, ponunt *contraria*. Vnde axioma, Quodcunque oritur, oriri è *contrario*: quicquid corrum-

Ariſt. priſ. l. 1. c. 5.

rumpitur, corrumpi in *contrarium*. Est ergo illis potius

Ou. met. l. 1. 433. — *discors concordia fœtibus apta:*

& vel Poetæ

Ou. fast. l. 4. 475. — *cunctarum contraria semina rerum*
*Sunt duo, discordes ignis & vnda Dei:*

vt sint principia tam constituentia, quàm corrumpentia: tam generationis, quàm corruptionis causæ mutuæ; tam agant, quàm patiantur inuicem; tam sit naturâ alterum, quàm alterum. Tam ἀναιρετικὰ ἐναντία ἀλλήλων, quàm alia ὑπ' ἐναντίων. *Ex contrariorum* verò *coniunctione* componuntur, disiunctione dissoluuntur: ex *commixtione* generantur, inter se commissione seu prælio *corrumpuntur rerum essentiæ*: sed ità, vt inferantur disparata, *rerum essentijs* nil sit *contrarium*. Huic autem quomodo? *vincente prædominante q̃, contrario*. Dicat, vtroꝰ vtrumque siquidem non potest *vincere, prædominari*. Constat nimirum fortius, cedit debilius: pellit potentius, perit impotentius. Quædam verò leuicula (vt iste nobis aduersarius) quæ vix mouent, nedum mutant, nedum *corrumpunt*: quædam grauiora, vt instrumenta chymica, quæ metallorum diruunt *essentias*, dum eruunt; dum moliuntur, demoliuntur. In *auri* autem intestinis, quod bellum intestinum? Indicitur, imò infertur foris fortè; ab adulterinâ parachymicâ *solutione*; *naturæ* quam horret intimè, abhorret capitaliter. Hinc id Libanij;

Lib. l. ep. 53. *Quid prodest ita destruxisse aurum? Annon satius erat humanis vsibus integrum seruasse? Non sanè multum est quod ita perit, licet parachymici sint barathrum & pernicies obrizi.*

Audiat chymista archichymicũ: & erubescat. At *hæc solutio semper consuenit* (vetus vulgaris igitur, non huius noua) *cũ rebus in natura tẽperatis fieri*. Quibus fiat iã diximus, quã sint *naturâ* acri, acutâ, corrodente, quàm *temperatâ* itaque conijcite: eaque arte acriora, acutiora, mordaciora, violentiora, virulentiora, intemperatissima concludite: quâ non habenæ laxantur modò, sed adimuntur, imò & calcar additur,

ditur, & dens acuitur, equis indomitis, ferocientibus, Diomedæis. Qui non credit monenti, experiatur extrà in carne, vel cute, imò vel veste, quàm intrà rodant, vrant, absumant. Vnà conijcite, si *Auro* sensus vllus (est ab hoc aliquis, à nobis nullus) etsi nobis solidius, validius (nam *Aurum* ἀπαθὲς, at nos *durabiles*) an *irritetur*, an *vim vllam aut violentam inimicitiam persentiscat*. Quo nomine Libauium φιλόχρυσον sic rei sensus perculit, vt exclamaret, *Insidiosa res amicus est*. Nam (scitè vt rē explicat) *insidiosus ille & furtiuus succus, & aqua contra naturam aqueam sicca, blande adoritur aurum, sesēq; in incantum adeò insinuat, vt totum comprehendat vndiquaque, & victum triumpho ostendat nobili*. Epiphonema patheticum, non meum, sed illius, libet attexere. *Támne effœminatum fieri aurum masculum liquoris acidi conspectu? Támne inuictam rem à fugace humore vel in cinerem redigi, planeq; letho dari?* Tam huic ille contrarius, tyroni veteranus, imò mulomedico gregario indignabundus imperator. Quin pergit lepidè, dilucidè, ad rem vlteriùs; vlteriùs si licet vnà pergere. *Plusquam Antiphateo ausu hospes hospitem iugulat, amatus amatorem trucidat. Quod aquæ edaces non valebant, id effectum ab aceto datur. Hoc deuorat aurum, &c.* Nec plura libet simul è quopiam, nec nisi è Chymista totidem. Hæc prodit *testis*, vt dicit, *oculatus*, hic cœcus dicat, Chymicorum proditor. Tu qui legis, *iudice -- ab vno Disce omnes:* -- & simul iudica, quàm *temperatum*, quo modo *complexionatum* (vt cum hoc loquar barbarè) id *quid* sit, *vt hoc ipsum recipiat & incorporetur, &c.* quæ mox sequuntur; in quibus nihil præter barbariem, obscuritatem, battologian, falsitatem.

lb. p. 307.

p. 308.

Vir. Æn. l. 2. 65.

*Temperatum id quod requiritur in hac Philosophia ita complexionatum quid est, vt hoc ipsum recipiat & incorporetur cum eo cui fuerit adiunctum, sic vt veterem & suam complexionem haudquaquam patefaciat amplius, sed virtutes illius tantum quod ei fuerit adiunctum. Et ob hanc causam Mercurius Philosophorum cognominatur.* F. A.

natur, & Mercurio Planeta, assimilatur. Recipit quamcunq; impressionem veluti cera, & omnium horarum dicitur esse homo. In sphæra Ignis, igneam vim edit: in sphera Aeris, aeream: & sic in reliquis. Atque in hoc elucidatur etiam illud Raymundi, in confectione Medicinæ suæ secretissimæ atque vniuersalis; vbi cum aqua sua Cœlica vno eodemq; Menstruo, centum quadraginta trium specierum selectissimarum Essentias enocat: Mineralium (nimirum) Animalium, ac Vegetabilium rerum. Vt ex Auro, Gemmis, Margaritis, Corallis, & Ambra: ex terra sigillata & Bolo: ex Silicibus combustis: ex Ossibus, Cornibus, Radicibus, Stirpibus, Frondibus, Seminibus, fructibus; ex humano sanguine: ex Saccharo, Melle, Manna, ex Terebinthina: ex Gummis, & succis plurimis: Istarum specierum omnium Animas, Tincturas, Essentias enocat, & suas illis participat reciprocè vires, vnde & earum etiam operationes adauget. Disrumpit solidissima Auri & Argenti membra: & teneros Rosarum flores, Gariophillorum & Anthos, consimili attritu, & eodem planè artificio, non corrumpit, adurit, aut inficit. Expertus ista loquor de proprio nostro Menstruo verè Raymundino, cuius adeò amicabilis & blãda est solutionis actio in rebus omnibus ac singulis, vt agens vniuersalis dici mereatur. Robustissima enim quæcunq; corpora cum debilissimo, temperat in vno gradu. Hoc est illud de quo Crollius, sic loquitur. Aqua sapientiæ Philosophorum vna est, quæ omnia Metalla ac lapides ab impuro puncti quaternarij coagulationis vinculo Philosophicè & naturaliter liberat: nec est sub Cœlo modus alius dissoluendi Philosophicè corpus Solis, quàm per vniuersale menstruum Mercuriale Philosophorum totius Naturæ secretissimum. In sequentibus etiam addit. Qui Dei benignitate fontem vniuersalis Menstrui attingit, ille ex Philosophorum veridico relatu poterit non solum omnia ac singula Metalla, verum etiam lapides tam nobiles quàm ignobiles, ac Minerales etiam eiusdem beneficio naturaliter & radicaliter in sua tria resoluere, qui resolutus & potabilis liquor regeneratus, separatis sponte in fundo fœcibus, postea à pie-docto Medico vsibus humanis pro sua voluntate & arbitrio secundum Morbi exigentiam legitimè accommodari, & stupendo successu administrari potest. Atq; hæc de Menstruali agente nostro dicta sint, ne calumniandi ansam captet quispiam ex solutione nostrâ. Nos corrosiua quæcunque è nostro Magisterio exterminamus, & quæ contra Aurum com-

plexio-

*plexionata ſunt omnia.*

Complectar ego breuibus; tractatus eſſe longioris, quàm huius, aut hominis diſcutere, aut loci diſquirere *complexionem hydrargyri* (nam de hoc dicere mox ipſe dicit) an caleat, an frigeat; an humidus, an ſiccus; an maſculus, an mulieroſus; an acer, an inſipidus; an fortis, an debilis; an hoſtis, an amicus; an ſoluat, an figat; & plura huiuſmodi, ſeu noſtris credimus Philoſophis, ſeu nouis Chymicis, ſeu rebus ipſis. Hæc hic expediet, cum cauſas magneticarum virium; cum quadraturam circuli Geometræ, longitudines Aſtronomi, Chymiſtæ viuum lapidem; aut ne tum quidem. Interea num craſeos *recipere, incorporari?* num *aurum* hydrargyros, hydrargyron an *aurum recipit?* an *auro* hydrargyros, an hydrargyro *adiunctum aurum?* Hic vnâ periodo vtrumque iungit, quo ſumma Rami capita confundit, an confundit? *Subiectum* & *Adiunctum. Complexionem veterem* (vietam, veternoſam, venenoſam adiungat pariter) *& ſuam* (nec enim aliorum) an retinet, nec *patefacit?* ægrè opinor, quia eſt *agens*, idque (niſi fallor) valens, calens, vrens, vrgens: an *patefacit* quidem *virtutes* alienas, ſed non *ſuas?* vix arbitror; quòd *aurum* patiens, idque, vt hic autumat, *ſolutum, diſſolutum, deſtructum, diſruptum.* Acſi hydrargyrus *virtutis* expers *ſuæ*: nam M.G.

*Paullùm ſepultæ diſtat inertiæ Celata virtus:—* Hor. l. 4. od. 9.

& vetus verbum Gellio, *egregiam muſicam, quæ ſit abſcondita, eam nulli eſſe rei.* Acſi quod facit tale, ſeu *patefacit*, id non ſit magis tale: aut *virtus* ſit exigua, eximias *virtutes* prodere, proferre, *patefacere.* Hic autem ſubdolè, veteratoriè, fallaciter *complexionem* hydrargyri delitescentem, emeritam exauthoratam, *virtutem* eneruatam, eliſam, otioſam ſimulat, diſſimulat, ne qui hydrargyron ineſſe audiet, non dico iam *virtutem*, ſed virus ſubeſſe arguat. Quis enim credidiſſet, cum in præmiſſis, adeoque promiſſis, (niſi quòd Chymiſtæ mendacibus) *nihil corrodens, nihil infeſtum, non a-* A Gell. no. At. l. 13. c. 30.

*quas fortes, non venenatas impressiones, impuritates, residuas eruditates procreatrices,* &c. *non sophistica, vulgaria,* &c. sed *aquam Cœlicam, solutionem solennem, philosophicam, substantiam non deuastandam, temperata,, contemperata* omnia, &c. *quæ speciem conseruent*, legerit; iam tandem (vt apud Tullium, quem dixi περιψρασικὸν, παραψρασικὸν, seu παροψρασικὸν de testudine cytharistam) in *Mercurio* instare, stare, constare! quo quid magis infame, suspectum, odiosum? At hic *Mercurius Philosophorum* (quorum?) *cognominatur.* Nomina, *cognomina Mercurij* (nec hic distinguit) apud Chymistas saltem centum viginti sex declarat priùs Onomasticon, decem addit posteriùs. Vt in vita vix probos, sic vsu vix probanda, scientiâ vix certa arguimus, quotquot nominibus notantur varijs: vt iam *Mercurius*, quasi Heliogabalus, non tam à militibus, *indomita & rabida libidinis catula*, quàm *publicum ludibrium à condiscipulis* dicatur *Varius*. Quis non laboret in hoc Labyrintho? At hic *Mercurio Planeta assimilatur. Planeta*, dubium, an errent magis, an errare faciant: præ cæteris *Mercurius*. Errones errores procreant. Æquè dictum, μὴ πλανᾶσθε, μὴ πλανᾶτε. Hic homo planus hæc explanet, & vnà motuum varietates & tergiuersationes, quas tot habet *Mercurius*, quot omnes *Planetæ* cæteri; cum modò procedat, modò retrocedat; modò sublimis, modò depressus; modò celerrimus, modò stare videatur; vt non tam motum circularem, quàm ouale ei tribuant Astronomi. Quin sapientibus cum sæpius imponat locus hic lubricus *similium*, & sit apprimè sapiens qui nôrit *similia similibus* accommodatè reddere, accuratè dissimilia distinguere; tum citiùs *Mercurium* è ligno quolibet effinget sapientum hic octauus, affinget aptiùs plantam mercurialē, quàm *Planetam Mercurium* suo hydrargyro *assimilabit* commodè: cum ipsi Cacophrasto (vt diximus) plumbum *Mercurio*, Lunæ argentum viuum commodiùs respondeat. Sed cum *Mercurius* præstigiatorum, adeoque furum magister

Cic. diuini. l. 2.

Onom. 1. p. 11 2. p. 463.

Aur. vict. Æl. Lamp. in Hel.

Par. mor. met l. 3. t. 3. c. 4.

magiſter memoretur, num hic vt ille *Mercurij* diſcipulus, equum furatus optimum, pro illo aſinum corroſum ſcabie reſtituit, nec id ſentimus? ſponſam pulcherimam cum rapuit, num edentulam, mucoſam, laruam propè, reponit, nec id dijudicamus? *aurum obrizum* ſummi pretij acceptum ſeu ſurreptum cum *diſrupit*, ſeu corrupit, pro ſolido liquidum, pro portabili *portabile*, pro naturali artificiale reſtituit, aut ne reſtituit quidem, nec id damnamus denique? Nec mirum igitur ſi à Chymiſtis ipſis Mercurius dicatur *latro*, & *ſeruus, fugitiuus* & *nequam*, ſi *fatuus & volans ſpiritus*, ſi *ſerpens venenoſus*, *ſcorpio caudatus*, *draco puniens, perdens, interficiens, exurens omnia*, *Draconis fel & cauda, aqua mortis*, *mors ipſa*. Eat hic itaque & ſuum laudibus *Mercurium* in cœlum efferat, aut ſupra cœlos: imò vt ipſi debitum ab ipſo ſacrificium, linguam vitulinam ſeu ſuam, ſacram Mercurio, in ignem iaciat. At *Doctor* (vt dixi) *cereus*, acſi Dominus *Mercurius*,

Nat. Com. myth. l. 5. c. 5.

Onom. phil. 1 p. 11. 12. 13.

Nat. Com ib.

Stat. vet. Orac.

*Cereus in vitium flecti,* —

Hor. art. p. 163.

eum, *veluti ceram*, apponit ſuis literis: ſed quo emblemate? putà, Chamæleontis, aut Baſiliſci: & quo elogio? fortè

Ἀνίσχε, ἰλατῆρα —

Hom. hym. Herm.

aut *— animas ſub triſtia Tartara mittit.*

Virg. Æn. l. 4. 243.

At hic huic *recipit* (abſurdè igitur *agens* ſtatuitur; an quod *recepit*, retinet?) *impreſſionem* (abſurdè igitur *aqua* ſtatuitur, quam manu premere, in quã quicquam *imprimere*, in qua ſcribere æquè abſurdum) *quamcúnque*: abſurdè igitur, vt certum aut bonum dilaudatur, quod quaſi

*Fama malum,* —

Virg. ib. 174. 188.

*Tam ficti pravíq; tenax, quàm nuncia veri.*

At huic hic *homo* eſt *horarum omnium*: vt illis ſcilicet eſt *Ieſuita omnis homo*

Anti. Cotton.

*Egregiam verò laudem.* —

Vir. ib. 93. Hor. l. 1. ep. 17. 23.

*Omnis Mercurium decuit color, & ſtatus, & res.*

Veterator verſutus verſipellis. Si *homo*, quî differt ab hoc

homine? si *homo horarum omnium*, huic certè præferendus qui non sapit omnibus horis. Mihi huius *Mercurius* aut *homo* non est, aut *homo* non bonæ rei. Nec verò quisque asinus, vt olim *Asinius, homo horarum omnium, ingenium in numerato habet*: Hic autem Alcibiades, Spartæ industrius, otiosus in Ionia, ebrius in Thracia, cum Tisapherne splendidus, vbiuis quilibet, quiuis quibuslibet: *in sphæra ignis igneam vim edit, in sphæra aëris aëream, &c.*

Quintil. l. 6. c. 3. 4.

Plut. Alcib.

Hor. l. 1. ep. 1. 90.

*Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?*

Acsi è *sphæra* sua in *sphæram* alienam transeat *Mercurius*, è cœlo in orbes sublunares; vt inde corporum sit penetratio, & inde omnium confusio: acsi *Mercurius in sphæra ignis* non igneſcat, *in sphæra aëris* non sit meteoron; vt inde corporis cœlestis sit exustio, absumptio, & inde è septem *Planetis* vnus perierit: quæ renuat an rideat qui salutarit philosophiam à limine; qui astronomiam vel primis labris deguſtârit, respuat & auersetur. Vt hic *Planeta* se accommodet naturæ reliquorum, quibus adhæret, non loco, sed aspectu, sed influxu coniungitur, sit bonus cum benignis, sit malus cum malignis, admittimus, accepimus: sed vt *aqua* (sic enim mox hic dicit) sit *in sphæra ignis* (sic enim dixit modò) explodimus, exibilamus. Sit Cœli filius, sit Soli sæpiùs adiunctus σίλβων, quin inter homines decurrat medius, inde dictus *Mercurius*: non tamen hinc elicitur, nedum *elucidatur Raymundi illud*: quid nimirum? vt *medicinam secretissimam atque vniuersalem* inde *conficias*. Si *secretissima*, quâ clauî hic referat? quâ nota secernit? quâ luce discernit? Si *vniuersalis*, quo modo *secretissima*? quo modo se secreuit, vt ne versetur inter vniuersos? *Vbi Raymundus* ista? *Aqua* est? quin profluit? quin defluit? quin omnes irrigat? At hæc *Raymundi*: num solius? non huius igitur. In mundo ille inferiore tum degebat, in cœlum nondum ascendit. Non ergo *aqua* eadem, & *cœli*, & *Raymundi*. At *aqua* hęc *Cœlica*. Inter duodecim *aquæ* epitheta, quæ huic adiungunt Chymici,

Chymici, & *aqua cæli* legitur, & *aqua cæleſtina*, quæ ſit *Mercurius Philoſophorum, aqua permanens*: ſed *aqua Cælica* vix legitur, vel apud *Lullium*, magis quàm apud Tullium. At apud eoſdem & *aqua mortis*, & *aqua acuta*, imò *acerrimum acetum* dicitur: at *aqua vitæ è vino diſtillato*, *aqua cæleſtis è vino ſublimato*, non è *Mercurio* definitur. Quid quòd à Chymicis *Mercurius noſter* ſynonymon eſt *antimonio*, quod num hic dicet *aquam?* num & *Cælicam?* At *vnum idemq́, menſtruum.* Ægrè vocabulum tam fœdum repeto, quo oblectantur Chymici; fruantur per me licet. Nec verò hoc nomine, vt veteres, quod ſit vnius menſis, quicquam dicunt, ſed quiddam acre, acutum, & acetum ipſum, quo rodunt, diſſoluunt, extrahunt, exenterant. At id *vnum ac idem ad ſpecierum centum quadraginta trium eſſentias euocandas.* Pauperculus eſt artifex qui *vni* fidit inſtrumento, vt mus qui *vni* antro, nauta qui *vni* anchoræ:

Onomaſt. 1. p. 11.
2. p. 394.
1. p. 19.

— *& cytharœdus*
*Ridetur, chordâ qui ſemper oberrat eâdem:*

Hor. art. po. 356.

vt & hic vnâ phraſi ad rauim repetitâ, *eſſentias* vt *euocet.* At Quercetano *infinitâ horum genera ex ſexcentis rebus variis varia fieri & componi aut extrahi poſſunt.* Non *vnum idemq́,* igitur. Sed *reliqua* è *Lullio* quæ ſomniat, non citat ſiquidem, tranſilio ſiccо pede; crabrones Lulliſtas ne irritem. Nec mihi res cum *reliquis.* Sed *ſpecies* quas innuat, cum dixerit, an medicorum pulueres, è quibus non ſolet, an Dialecticorum notiones, è quibus non poteſt *eſſentia euocari*; id vnum annotabo, trés *ſpecies* cum nominarit, *mineralium, animalium, ac vegetabilium*, ſaltem bis totidem è duobus poſterioribus deſignaſſe, quot è prioribus. Ex quo colligitur in medicina bis tantundem valere *vegetabilia ac animalia*, quantum quæ præfert *mineralia:* nec ſolùm numero, ſed pondere. Sed & his *Animas, Tincturas* euocat (vocanti num paretur?) *vires participat reciprocè, operationes adauget*, quod tamen anteà, *non complexionem ſuam, ſed adiunctis virtutes patefacit.* Vah ἄλογον, ἀντίλογον. At & hîc cramben, an

Que. tetr. c. 31

Thyeſtæas dapes, recoquit: *diſrumpit auri membra ſolidiſſima, nec teneros corrumpit flores*; illa *atterit*, nec hos *adurit*; illa peſſundat, nec hos *inficit*; *tincturas* & his *euocat, nec inficit*. Mirum *artificium*, nec verum tamen. Ad verbum ſolœciſticè dicuntur *flores Roſarum, Gariophillorum & Anthos*, Anthos cum ſit flos ipſe Roriſmarini, quaſi κατ' ἐξοχὴν ἄνθος ἀνθῶν, flos florum. Ad rem ἀναγκαῖος. Quod facit id quod maius, non facit id quod minus, in minùs reſiſtente? *Expertus* (non tam doctus, an expers veri) *iſta loquitur* (ſed vix eloquitur) *de ſuo menſtruo*: quî ſuo? quia *Raymundino*: etſi & *quoſdam viros illud profluuium expertos* legimus. At *huius ſolutionis actio eſt adeò amicabilis* (vt nobis amica bilis) *vt agens vniuerſalis dici mereatur*: vt *vniuerſalis* nempe *medicina aurum potabile meretur dici*. Quæ agunt huic ſunt fœminæ; hic patitur à fœminis: at particulare *agens* nolim huiuſmodi: nam huius *ſoluentia*, quàm *corrodentia*, mordacia, tradidimus. Quid enim? Num *agens blandum amicabile, quod robuſtiſſima quæcunque corpora cum debiliſſimo temperat in vno gradu?* Nempe, vt matres virginum,

Veſal. fab. hu. l. 5. c. 15.

Mar. Don. mir l. 4. c. 19.

Hic, cap. 6.

Ter. Eun. act. 2. ſc. 3.

*Si qua eſt habitior paullo, pugilẽ eſſe aiunt, deducunt cibũ;*
*Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas;*
*Itaque ergo amantur.*—

Sic ipſum conſulentibus hic conſulit, vt *corpora* pancratica, athletica, *ſolida* & ſucci plena *expurget, ſoluat, atterat, diſrumpat* denique: nec modò deducit de ſtatu quo priùs, ſed ſtatuit *eodem* ſtatu & *gradu* quo ſunt gracilia, tenuia, imò & *debiliſſima*; vt ſint *oſſa atque pellis tota, pellucent quaſi laterna Punica*, vix ſtent in pedibus, conſtent capitibus. *Itaque ergo* hic *amatur?*

Plaut. Aul. act 3. ſc. vlt.

*An ſine riuali ſeẽ & ſua ſolus amabit?*

Hor. art. po. 444.

At & conſentit *Crollius*. Ille quid ſentiat, de illo quid ſentiam, nonnihil priùs; nunc ſolùm dicam, in his credendũ pariter & *Crollio*, & *Lullio*, & huic ex illis. Sed hic, vt ſolet, citans, quidni prioris ſententiæ, quam ſanè non intelligit,

è verbis proximis explet periodum? *Quo dum per ignorantiam & difficultatẽ acquirendi caremus, conſueuerunt in deſectu perdicum, famem etiam carnes bubula ſedare, &c.* Hic eo fruitur, quo *Crollius* tum *caruit?* hic veſcitur *perdicibus*, ille *bouinis carnibus?* hic *ligno quercino coquit*, ille *fagino*, niſi hoc melius? Quidni affigit, quod idem alibi de eodem ingenuè? *Aqua hæc Sapientiæ non niſi Philoſophis ancillatur, innoteſcit: venantur illam plurimi, ſed pauci repererunt.* Num hic *Philoſophus*, hic venator, è paucis, quod ne *Crollius?* Cur ille cum dicit *Phyſicè* hic dicit *Philoſophicè?* ac ſi huic Phyſici non ſint *Philoſophi*; cum ipſe neuter. Poſteriorem ſententiam non optimam, quam nec intelligit, vt ille Seuerini pluribus, ſic illi meliorem ſuam quidni iſte ſubdit? de *malitioſis agyrtis literâ longâ dignis, qui Auro Volatili* (vt hic Potabili) *ſimplicibus & incautis hominibus vario modo imponunt?* de *corticario Philoſopho* (qualis hic noſter) *ſub ſinceritate & pietate Phariſaica, hypocriticum ac colubrinum dexterrimè decipientem animũ tegente, cum damno aliorum, ſuo commodo, in auro* huiuſmodi. Accommodaſſet aptiùs hic iſta ſibi, vt & alijs. Quin adiunxiſſet etiam, vt omnes mortem in olla putrida intelligant, quod ille ibidem in margine, (etſi prophaniùs) *Oportet vt Mors præcedat Regenerationem*: quo dicto, morte minde neceſſariò concluſero, etſi regenerationem nunquam conceſſero. *Vniuerſalis agens* (ex hoc loquor) nunc *agens* huius *Menſtruale* dicitur, diuerſo genere, malè appropriato: id autẽ, ne *calumniandi anſam captet quiſpiam* huius *ſolutione*. Sed accuſare aliud, aliud *calumniari*. Accuſatoriè rem definiui, reum notaui; errores deſignaui, teſtes domeſticos cum argumentis validis produxi aduerſarios: ad cauſam dicta omnia; nedum lis, nedum crimen intenditur à quopiam, nedum per fraudem aut fruſtrationem; niſi hic fraudem intendat alijs, aut ſe fruſtretur ipſe. Nec ſe huius *ſolutio* ſic ſoluet iudicio, cum ſiſtitur, vt ne ſit fraudis rea, damnetur peculatus,

Crol baſ. chy. p. 204.

p. 123.

p. 204.

p. 217.

217. mar.

tus, repetundarum, veneficij, aut demum homicidij. Et cauſa, & *anſa* præbetur, non *captatur*. At hic, vt Rex, proclamat: *Nos corroſiua quæcunq; è noſtro magiſterio exterminamus.* Sed illa cum illita, admiſta, indita, hærent vt Neſſi ſanguis in palla Herculis,

Sen. Her. Oct. act. 4. *-- corporis palla horridi Pars eſt:--*

ſi veſtem vis detrahere, & membra attrahes: vrunt, vt Medææ venefi cia in veſtibus Creontis & Creuſæ;

Med. act. 5. *- quóque prohibetur magis*

On. Triſt. l. 5. el. 6. 13. *Magis ardet ignis.-*

*Ægriùs eijcitur, quàm non admittitur, hoſtis.*

Nec propriè *exterminatur*, niſi quod priùs intra terminos admittitur. Nec *contra Aurum complexionatum* aliquid, niſi fortè *diſſoluens corroſiuum*. Nam ſuâ quodq; fruitur complexione. E ſuo *Magiſterio* acuta qui *exterminat*, in Doctoratu num aſciſcit? Nihil acutum audio, nec vidit ille.

F.A. *Sed vt meum propoſitum non deſtruatur, vlterius progrediendum cenſeo. Namque hic primus eſt tantummodò operationis gradus: verus tamen ac Philoſophicus, tutus in Medicando ac ſalutaris. Nos in via tantummodo perfectionis potionis aureæ etiamdum inſiſtimus.*

*Diducas (alios adhuc) rivos fœcundo è fonte beatos.*

M.G. At hic *vlteriùs progreditur* (quà par eſt) *propoſitum ne deſtruatur*. *Deſtructum* ergo antea, cum *vltrà* non *progreſſus*. *Progreſſus deſtruendo*, quod iam *propoſitum* ſuperſtruit? *Primus hic gradus eſt*: num turpe, in *primis* conſiſtere? an

Sen. Hen. fur. act. 2. *-finis vnius mali*

*Gradus eſt futuri?-*

At *verus ac Philoſophicus, tutus ac ſalutaris:*

Hor. l. 1. ſat. 1. 107 *-Hi denique fines*

*Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum.*

l. 2. ep. 6. 15. *Inſani ſapiens nomen ferat, æquus iniqui,*

*Vltrà quàm ſatis eſt, virtutem ſi petet ipſam.*

*In via perfectionis etiamdum inſiſtit.* Siſte viator iter: an confe-

&to

cto itinere quæris viaticum? *In via tantummodo?* quando ad metam? quando ad carceres? Sub Sole nil *perfectum. Philosophicum* non sufficit.

*Diducas riuos, surgentemq; egrius herbam Irrora,* — Io. Prat. vot. amb. v 317.

vt Pratensis loquitur, cum doctiorē alloquitur, non hunc Doctorem, qui versus corrumpat, interrumpat.

*Quantas autem in curandis Morbis sustineat Aurum vires sub ista mellis forma existens, ab euentu clarum est, & aliorum iudicijs hoc relinquo. Nos enim per annum integrum & amplius eodem vsi sumus optimo cum successu, in grauissimis Morbis, & hominum opinione desperatis, antequam transire fecimus per Alembicum tinctiuram ipsam separatam à corpore.* F.A.

At *vires Aurum sustinet sub mellis forma.* Vult dicere, tenere, retinere; nec enim dicat quispiam Latinitatis sciens, *vires sustinere*, nisi quæ premant, opprimant. Tam phrasis Latina huius bona, quam scientes prædicent: Sed me *sustineo*, ne premam languidum, qui inops inscius nec se nec sua *sustinet*. Idque *sub forma* (si qua est) suâ; nec enim *mellis* induit, vt *aurum* maneat: nec *mel* ipsum ingreditur, vt *formam* tribuat, nedum essentiam; nisi sit *mel Mercurius*; quod quantum abest? *Clarum ab euentu* pronunciat, vt iudicatum; mox *relinquit iudicijs*, vt iudicandum. Nec verò M.G.

*— careat successibus opto,* Ouid. epist.

*Quisquis ab euentu facta notanda putat:*

sed hic si ἀτυχίας suas prædicet, ἀτυχίας ego suspicer. Hic si suspensas ostenderit votiuas tabulas eorum à naufragio qui euaserunt; at *nusquam pictes* respondebo, qui votis nuncupatis hoc mari perierunt. At *per annum & amplius* hic hoc *est vsus*. Quo diutiùs, hoc peius: nam ipso fatente, imperfectius: tum ipso tamen gloriante, *aurum* erat *potabile*; & quid iam *amplius*? Si *cum successu optimo* quod venditabat antehac, quid nunc succedet melius? Nam *optimo* quid melius? Sic res sunt, vt succedunt. Si *in morbis grauissimis, & hominum opinione desperatis*, quid huic optare, Cic. Nat. De. l. 3.

operari, opus erat *vlteriùs? Plus Vltra*, Caroli, ſit huic elogium: adiunctis pro emblemate vtrinque ſcopulis, Scyllâ & Charybdi, ſeu ſtagnis, Acheronte & Cocyto:

Ho. ſa. ſa. 2. 63 *--hâc vrget lupus, hâc canis angit.*

Hip. ſa. aph. 36. 37. Gal met me. l. 10. c. 9. Quid quod non minùs Medicinæ detrahit, qui deploratis medicinam adhibet, quàm qui ſanis: etſi his magis conuenit quod prophylacticum, quàm illis pharmaceuticum. At hoc hic *antequam tranſire fecit per Alembicum.* Sed priùs *per vas vitreum*, in *altum vt aſcenderet*, *per clauſas iunctiuras*, *per alias ampullas*, *per balneum*, *ediſtillatum*: num ſine *alembico* hæc omnia? Quid tandem *tranſit? Tinctura ipſa* ſcilicet, *à corpore ſeparata.* Vtcunque Libauio, *Arcana*, *Magiſteria*, *Tincturæ*, *reliqua*, *otioſa nomina Paracelſicæ ſuperſtitionis iudicantur*; vtcunque *Paracelſus pro ſuâ audacia tincturam nominat*, *quum medicina non tollit morbum*, *ſed colore inducit membrum ægrotans*, *vt ſano videatur ſimile*: vtcunque ex his tinctorem, pigmentarium, fullonem, fucatorem coſmeticum hunc æſtimauero, eiq́ue *curam* (vt ille loquitur) *palliatiuam*, adeóque *& barbam & pallium Philoſophi* (vt alter) conceſſero: imaginabor tamen illius χρωματισμὸν, huius *tincturam*, eſſe chymicam effentiam, ſed cum colore, nec ergo ſine *corpore*, nec ab hoc *ſeparandam*. Nam ille vt aſſerit, *Illorum ſententia*, *qui putant colores ſeorſim ſine aliquo corpore exire poſſe*, *aut explicanda eſt*, *aut explodenda.*

Lib. l. 1. ep. 29. f. Ep 30. m. A. Gel. no. At. l. 13. c. 8. f. Lib. ib. f.

F. A. *Proximum igitur regimen eſt iuxta Spagyricum proceſſum, vt ſeparatio fiat Spiritus à corpore: nimirum vt tinctura eleuetur, & per Alembicum tranſeat in recipiens vas. Ita purum, quod eſt anima, ſeparatur ab impuro, id eſt, corpore. Nam virtus actiua & potentiſſima vis, in Tinctura dum exat exiſtit. Hoc vt dextrè fiat ſic progredimur.*

M. G. Adiungit *proximum*, quod procul aberat per ἀναχλιαν, ἀπαξίαν antegreſſam, *regimen*, ſine *regimine*, ne

Vir. Æn. l. 4. 334. *--ſpiritus hos regat artus,*

vt ſeparatio fiat ſpiritus à corpore, quæ an διάιρεσις, an eſt διάιρε-

σις; διάκρισις, an ἴκκρισις; quid aliud quàm mors est Auri, Regis, principis?

*--en quò discordia cives* Ecl. 1. 72.
*Perduxit miseros.--*

Sic διασπᾶν συγκόμματα; sic διαλύειν σωτηδόμενα! est dicta quidem Chymica *separatoria*, & *puri ab impuro*; sed vtrum maneat, an vtrumque, an neutrum, id non est adhuc dictum. In his & illis pariter, num *separatus spiritus*,

*Fugit in auras leuiore ramo*, Sen. Agam. act. 4 chor.

cum quibus ei cognatio? an corpus, exanimis truncus iacet? Si separatio fit τίνων φθειρομένων, id solum quæram, τίνων; quibus corruptis, & quousque? *Cum per cementum aut antimonium impuritates pertinaces ab auro segregantur*, ἄνω τε κάτω τίνας, vt ille attestatur; sed ἄνω quæ dicant, dicat iste. An sola est διάκρισις, an sperantur ἀνάκρασις? *Valeant*, imò pereant, *qui inter* ista *dissidium volunt*. Hoc si *fiat iuxta Spagyricum processum*, iuxtà est, quod Libauius *à culina* deducit *Magiricos, seu Spagiricos*. Sed quorsum hoc diuortium? *Nimirum vt tinctura eleuetur*. Mirum, quod anteà *in altum* ascenderat; si non sit *eleuatum*. An hoc colorē rebus inducere? an fidem dictis *eleuare*? *Tinctura*, an σωματικὴ ἰνέργεια; num ergo ὑπάρχει ἄνευ σώματος; illud ἀχώριστον; & hoc ἀδύνατον. *Tinctura* ἀσώματος non magis à vase in vas *transit*, quàm formâ physica è subiecto in subiectum: nec minus fanatica hæc μετεμψυχωσις, quàm olim phrenetica est dicta μετεμψύχωσις. *Tincturam* Paracelsus *extrahit per vini spiritum, tum hanc ab illa eleuat, in fundo vt maneat quinta essentia*. At *purum separat ab impuro*. Laudo equidem, si bonâ fide, sine fraude, cum fructu; vt Natura excellens Alchymista ab inutili vtile, ab excremento alimentum; vt magistratus ἄριστος Medicus, probum ab impostore,

Par. contract. tr. 2. c. 2.

*--turpi secernit honestum*, Hor. l. 1. sa. 6. 113.
*Diuidit & bona diuersis, fugienda petendis.*

At Chymicus ἀνίλεως,

Ou.met.l.11. *Candida de nigris, & de candentibus atra;*

è ſtultis inſana, è maleuolis malefica, ex alienis inimica reddit. Probo, vt probet omnia; ſi teneat, quod bonum eſt vt teneat. A ſuo præceptore, magno illo promiſſore, Geneſ.3.5. *ſciat bonum & malum:* at vt Medæa chymica,

Ou.Met.l.7. *—videt meliora, probatq́;*
*Deteriora tamen ſequitur.—*

In *auro puriſſimo*, quid eſt *impuri?* aut id quantulum? vt ergo *ſeparatur?* At *animam* hic *ſeparat à corpore.* Mors eſt in olla: quod odit Natura. Num *anima* proſpicienda, palpanda, notanda? Mittat mihi *corpus auri*; illi remitto *animam.* Num Par.chir.ma. p.2.tr.3.c.2. eſt *impurum corpus auri? pura anima?* an *purus color* Paracelſo? Oui.rem.am. l.1. *An pretium pars hæc corpore maius habet?*

At *aurum maximè* huic *homogeneum*; cuius particulę eiuſdem rationis: aut *pura* igitur pars vtraque, aut eſt *impura.* Hic vt Theriacam Andromachi conficiat, è viperis trochiſcos ſi concinnet, an viperarum carnes ſeu materiam aſſumet, an *ſpiritus* ſeu formam extrahet? ex illis alexipharmacum, an ex his venenum conflaturus? Tam ſunt *impuri ſpiritus*, quàm *corpora*: & quidni magis? In viperis aculeus magis, quàm caro, nocuit. Habetur coluber innocuus, ſi dentes eximantur. Quidam *ſpiritus* afflatu nocent; imò & necant. Venena audiuimus *ſpiritualia*, eaque capitalia; prę quibus materialia parum mortalia. At *virtus actiua, & vis potentiſſima in tinctura duntaxat.* Par.ib. chir.mi.cont. tr.2.c.2. Pro *puro animam* hic ponit, vbi *colorem* Paracelſus; acſi *color anima*: mox ſubdit de *tinctura*, quod ille alibi. Dum taxat *corpora*, num tenet *ſpiritus?* In malis etiam illa vix noxia, hi nocentiſſimi: eſt *vis* & illis lentior; at iſtis violentior. *Auro* ſiqua *virtus*, eſt in *corpore*: ſiquod virus, eſt in *ſpiritu.* Id ignis non delet, ſed reddit deterius, & propè deleterium: vt ferè fit in cæteris. In bonis verò, annon in maiore quanto, maior *virtus?* Metimur autem quantitate *corpora*, vt qualitate *ſpiritus*. Nec ſine *corpore* ſunt *ſpiritus*, qui bono vſui, etſi vix dicam *corpora.*

*pora.* An vino magis alimur, an aquâ è vino deſtillatâ? An ignis calet, calfacit, in ligno, tigno magis, an in palea? Sit actus *anima*, ſed *corporis*, & *corporis* organici, & organici viuentis: & agat *anima*, in *corpore*, è *corpore*, in *corpus* ipſum; ſed & agat *corpus* ſæpe in *animam*. Μήτε σῶμα χιγεῖν ἄνευ ψυχῆς, μήτε ψυχὴν ἄνευ σώματος. *Corpus* eſt nimis patiens, niſi patiendo reagat: nimis actiua *anima*, niſi agendo repatiatur. Vt angunt, ſic agunt fortiùs, quæ tangunt arctiùs: tactus eſt *corporum*; contactus *virtutis actiuæ* medium, vt hinc ſit actus *animæ*. Colores (quo nomine *tincturas* taxo) an *agunt* omninò? an merè patibiles ſunt qualitates? an è *vi corporis*, an ex ſe *agunt*? Color flauus an eſt *auri*, *aurum* quo *tingitur*? vt igitur ab *auro ſeparatur*? ſine ſubiecto accidens? an eius dicitur, nec eius eſt? Mendax, qui dixerit. *Aurum* crebriùs cementando ſummâ rubedine, poteſt argentum tingere; num hinc argentum *auro* rutilantius? Num Indi cum tinxerunt, Noſtrates cum pinxerunt ad terrorem corpora, aut animis, aut armis fortioribus, aut rem, aut ſe geſſerunt? Acuto menſtruo *tincturæ* extrahuntur; acutum id *actiuũ*, *tincturæ* patiuntur. Num *agunt* minùs quæ cominùs, quã quæ eminùs? at illud *corporum*, hoc eſt *ſpirituum*. At manu *dextrâ*, mente læuâ, imò pede ſiniſtro hic *progreditur*.

Ariſt. meteor l. 4. c. 9. anima l. 2. c. 1.

Plat. Timæ.

*Coloratas illas ſuperius commemoratas aquas, non in Balneo diſtil-* F.A.
*lamus (vt ſupra) vſque dum deueniat Aurum in formam mellis, ſed per cineres eleuamus, quæ fortiorem ſuſtinent ignitionem. Ita anima Auri, quæ in ſpiritu dicti menſtrui hoſpitatur (vehiculo inquam ſuo proprio) veluti in ventre venti portatur. Aſcendit in caput Alembici, & guttatim decidit in recipiens vas ſub colore rubicundiſſimo. Terram autem Auri in vitri fundo conſpicies, nigram & ſiccam veluti rem mortuam, ſpongioſam item & leuem. Non tamen proijcias has terras quæ ſunt nigræ & ſiccæ, vt ſuadet Philoſophus.*

*Ediſtillarat aquas coloratas ſimul collectas per lentiſſimum Balnei* M.G.
*calorem: Auri Materia ſoluta ſubſederat in vitri fundo mellis inſtar.*
Nunc *non in Balneo diſtillat* (ne actum agat forſitan) *vſque*

*dum*

*dum deueniat aurum in formam mellis:* id enim fortè infinitum; & iſta certè ſibi contradicunt. *Sed per cineres eleuat. Cineres* ipſi per ſe graues ſubſident, imò & degrauant: *per* illos hic vt *eleuat?* an vt *per cineres* tranſcurrant *aquæ*, tranſcolentur, vnde lixiuia? an vt igne *cineribus* ſupoſito, per illos, an per ignem magis, effectiuè, ſurſum pellantur *aquæ?* At *aquæ* priùs; an & rurſum *aquæ?*

Ou. am. l. 2. el. 2.
*Quærit aquas in aquis?--*

Hor. l. 2. od. 1. 7.
*--& incedit per ignes*
*Suppoſitos cineri doloſo?*

At *aquæ* (quas hic dicit, nam *aquas* dicit, ſi congruè, non *cineres*) *ignitionem ſuſtinent*: num vt ignitæ, accenſæ, inflammatæ? (nam fortè calefactæ)

Ou. Met. l. 2. fa. 1.
*Æſtuat Alphëus?--*
*--Tanais fumabit in vndis?*
*Arſuruſq́, iterum Xanthus?--*

imò & *fortiorem*: quàm quid aliud? Vt ignem *fortiorem* ferant *aquæ*, quàm *cineres*, *cineres* quàm arena, arena quàm chalybs, feram: vt *ignitionem aquæ ſuſtineant*, contineant, non feram. Huic *ita* (quo pacto?) *auri anima* (quæ illa?) *in ſpiritu menſtrui quæ hoſpitatur* (peregrina, fugitiua, verſatilis, volatilis hæc *anima* in alienum, indignum, inimicum, inhoſpitale *hoſpitium* quæ transfuga) conuenientiùs in ſterquilinio crabronem *hoſpitari*. Sed quis immiſit *auro animam?* an chymicus? admiſit *ſpiritum?* an chymicus? affudit *menſtruum?* id chymicus. Vt vt conſpirant *anima* & ἄνεμος, nil tamen ſuaue ſpirant *ſpiritus* in hoc *hoſpitio* ne nominando iterum; indigno itaque, vt commorandi diuerſorium. At *vehiculum* hoc *proprium*. Dicat facundus comes, quid? cui? an *anima?* an *ſpiritus?* an illud tertium? quò? quâ? quatenus? An *anima* vehitur? fit ὑπερφυτικὸν, παθητικὸν; an *vehit ſpiritus*, an vehitur? illa rector, hic vector? quid ſi vehitur qui vector, vt hoſpes qui excipit, & qui excipitur? an vtrumque κινητικὸν, ἀκινησιτὸν, & ἀντικινητικὸν? an

Ariſt. mete. l. 4. c. 7.

*Fertur*

*Fertur equis auriga, nec audit currus habenas?* Virg. Geor. l. 1. vlt.
An *vehat menſtruum?* Idem *vehiculum* & eſt *hoſpitium?* mouetur illo? moratur iſto? Scorto proſtibulum, an plauſtrum impurum, impudicum, execrandum? At *ventre venti portatur*: an vt parturiatur animoſus embryo? an vt projiciatur ouum ſubuentaneum? an brutum fulmen emicet? *Venter* ventoſus tympanites, ſeu *vento* diſtentus vterus, quid *ventri* noſtro portat, parturit? *ventos*, tormina, tonitrua. *Portauit illud ventus in ventre ſuo*, inquit Hermes *ἀνεμόμενος*. Illud an ad lapidis materiã, an ad deſtillationem hic refert? At *quomodo* (interrogat Michelius) *in diſtillatione ventus in ventre ſuo portare poterit aurum, argentum, quantumuis alterata, ſubtiliata?* imò *ventus in ventre ſuo portare patrem debet*. Sed tædet barbariſmi, *ἀλογολογίας, σκοτομανίας*, ſed pergendum. *Aſcendit in caput Alembici.* Id anteà, ſi fas eſt credere. *Guttatim decidit in vas recipiens.* Quid tandem? Hermeti ſubiectũ lapidis cuius *Sol pater, mater Luna, ventus portans in ventre, terra nutrix*: adeoque *aſcendit terra in cælum* (ô leuem nutricẽ, ſed fœlicem) *iterumq; deſcendit in terram*: ô infœlicem Icarum, præcipitem Vulcanum claudicantem. Michelius reſpondet ſibi, *quid quod aſcendit & deſcendit?* modò *ignis*; (qui mirum, quòd deſcendat, nil mirum quòd aſcendat) modò *ventus*, modò *Mars*, modò *Mercurius*, modò *ſulphur Mercurio iunctum*: vt non ſit ille *homo horarum omnium*, ſed modò harum, modò illarum partium; nec circulatio hæc operis, ſed oris ſit confuſio. At iam *colore* redditur *rubicundiſſimo*, quod *flauo* anteà, imò *acſi cruce perfunderetur*, quod abeſt quantulũ à *rubicundo?* & hic an hæret viſibilis in inuiſibili *animâ?* an permanet in *aquâ* permanente, vel tinctura? Num *rubicunda anima conſpicitur?* an eo erubeſcat, quia hunc non pudet harum ineptiarum? At *Aurii terra conſpicitur in fundo vitri*: cuius? recipientis, an mandãtis? Michelio ſiquidem *aquarum grauiora corpora, ignis beneficio per ſublimationem in aërem tranſ-*

Her. Her. tab. 1 mar. art. 4.

Mic. ver. med. p. 267. 286.

Lib. l. 1. ep. 17.

Her. ib. art. 5.

Mic. ib p. 289.

Mich. ib.

 *mutata*

*mutata, ſurſum feruntur à ſuperficie terræ, iterumq; in ſuum graue corpus, vnde ſurrexerant, reuertuntur; & ſpoliata priori naturâ grauitatem induunt.* At iſta qualis *terra? nigra, ſicca, veluti res mortua.* Num ex corrupto lapide Arnoldi illa?

Roſ. phil. l. 2. c. 7. Nec mirũ in cõmuni: paucæ ſunt aliuſmodi: etſi & quædam *mortua* palleſcunt, non nigreſcunt; & quædam putrefacta diffluunt, non exareſcunt; & *auri terra* (è *terra* cum euaſit) ſi huiuſmodi, quo modo *inſtar mellis?* At *ſpongioſa eſt, & leuis.* Hoc mirum in *auri* ſolidâ & ponderosâ: quin pauca ſunt huiuſmodi. Tam continuitas, quàm *nigredo*; tam grauitas, quàm *ſiccitas* habetur *terræ* propria. At *ſuadet Philoſophus* (hic quis ſit, ſilet) *has terras ne proijcias.* Vt *auri* nomine *proijcias*, ſolum eſt, ſummum eſt, quod *ſuadent*, quod ſtudent, quod iactant, imò quod optant Chymici. Sed ne ejicias, rejicias *has terras*, rectè *ſuaſit*, quiſquis *ſuaſit*: nutrices ſiquidem ſinu infantem fouent; ab his reddendũ, edendum, reſtaurandum *Aurum*. E *terra* primùm exijt; in *terram* nunc redigitur; è *terra* redibit in aurum denuo; nec enim prorſus exuit. Scrutare; lucrare. *Aurum* accepimus ignitione primâ infuſcatum; è *terra* ergo *auri* nigrâ fuluum, è *ſicca* ſolidum quin expectemus? vt Chymici interea non morantur in nigro, ſed à nigro in album, ab albo puluere in rubrum connituntur.

F.A. *Diſtillatum hoc Menſtruum, & vna cum Eſſentia Auri mixtum, in cucurbita vitrea, munda, cum ſuo Alembico ac recipiente, iuncturis optimè ſigillatis collocamus in Balneo tepido. Blando hoc calore diſtillabitur tibi aqua clariſſima. In vitri fundo remanebit tinctura quam optas. Tincturam hanc per vini ſpiritum ſoluimus: ſpiritum ſeparamus alternis vicibus: & in hunc modum colorem illius clarificamus (vt Philophi verbis vtar) hoc eſt, ad gradum puritatis ſummè exaltamus. Hæc eſt verà tinctura Auri à Philoſophis tantopere decantata, quâ nos fruimur, & manauit ab altiſſimo. Hæc tinctura, ſummum in expurgando, renouando, reſtituendo, vniuerſi corporis ſanguine myſterium continet (vt in Archidoxis habetur.) Eſt etiam Eſſentia ipſa Auri, ſic dicta, quia tinctura rubea tracta ſeparata,*

*ſeq;*

*tas, fuit à suo corpore, vt habetur in libro de Contracturis, vbi Paracelsus discrimen ponit, inter Potabile Aurum sic simpliciter dictum, & Essentiam Auri, quæ in altiori gradu collocatur, & in longè minori dosi exhibetur.*

Iam diu hic homo *distillauit*: quid tandem? an *aurum calcinatum, solutum?* an *aquas coloratas?* vt demum prodit *distillatum menstruum?* M.G.

*— quando amphora cæpit* Hor.ar.po.22.
*Institui, currente rotâ cur vrceus exit?*

an idem sunt hæc omnia, vt opus idem? πάντα μία κάλις; honestiora nomina sunt alia. At *mixtum* hoc *cum Auri Essentia:* annon & *distillata?* an sigillatim, an coniunctim prædistillata? *Auri essentia* è decem ex auro remedijs, si non sit vltimum, non optimum, non præferendum, at vt sit conferendum cæteris, è Quercetano diximus. Quin si huic ipsi *omnes omnium vires, operationes, functiones sola Auri Essentia exequitur,* cur nunc solummodò *admiscetur?* cur (frustra) fit per plura, quod potest fieri per pauciora? imò cur fiunt plura, cum facta sit *Essentia?* Quorsum adhuc *cucurbita vitrea* cum desideretur capiti ventosa potiùs, seu matula huic homini? Quare iterum *Alembicum & vas recipiens?* nisi receptum Chymicis, vt Itali loquuntur, *lambicarsi il ceruello?* In quem finem *iuncturæ optimè sigillatæ*, quæ prius *peroptimè* phrasi non optimâ? an ne quâ excidant? an ne quid his exhalet? an boni? an mali? dubium. Quousque denuo, *in Balneo tepido*, quod priùs *per lentissimum calorem Balnei*, deinde *non in Balneo?* Hic balneator tepidus (non dico, vt Cicero, *fortis latro*, *sed balneator temperans*) præstet, age, Martiali Quer.tetr.c. 32. Hic.c.3.p.29. Cic.in Ant. Phil.13.

*Caupònem, laniúmque, balneumq́, &c.* Mart.l.2. ep. 48.1.

Hic rursus *collocat*, an *menstruum?* Æthiopem lauat: an *Auri essentiam?* malè *locatum*, malè factum igitur. At *blando hoc calore distillabitur aqua clarissima:* quæ modò *colorata*, modò *rubicundissima*, modò *Auri Essentia*; nunc tantùm *aqua*. En quò

Par. chir. ma. l 2. 146.

deciderit; ab equis ad asinos. At tertiò *in vitri fundo* (plusquam tertij, opinor) *remanebit tinctura* (*fundi calamitas*) Num *color corporis, separatus à corpore, vt corpus album remaneat?* vt perabsurdè Paracelsus; cui corpus quod remanet absurdum dicitur. An hæc illa, *quam optas?* an habes & *optas?* an optabas quod non habes? Optare hoc est; non est operari; aut plusquam opus operari. *Nunquam efficiet,*

Plaut. Truc. act. 5. sc. 1. Hic. c. 7 f. Cic. Nat. De. l. 1. Tusc. qu. l. 1.

*quin opus, opus, opus. Longum est iter ad omnia* (vt iste alibi è Cicerone surripit) *qua talia sunt, vt optata magis, quàm inuenta videantur.* Nec sistit adhuc labor Sisyphi;

*--sudat, neque proficit hilum.*

Iteratur *solutio*, reiteratur *separatio: tincturis* illa, hæc *spiritibus*

Lib. l. 2. ep. 5.

num conuenit? iam *separatis?* iam *solutis? Solis siccis ascribitur solutio:* num sicci *spiritus*, *tinctura* sicca, quæ *aqua clarissima? Tincturam soluit*, *separat spiritum, alternis vicibus.* Nunc hoc, nunc illud, hoc illud nihil agit. Quo modo *soluit?* an vt *calcem auri? aquâ affusâ Cœlicâ?* Quo modo *separat?* an vt *corpus auri? transeunte tinctura per alembicum?* At sic *colorem* (sine corpore) *clarificat.* Sed *aqua* priùs *clarissima*: & quid hoc *verbi* est? Nempe *Philosophi*: cuius? qui nempe, vt vaticinatus videtur Lucretius,

Luc. nat. l. 1.

*Clarus ob obscuram linguam magis inter inanes.*

At *hoc est, exaltat.* Quis ita vspiam interpretatus, vt *clarificare* idem significet, quod *exaltare?* Zulapia, decocta, vina, per manicam Hippocratis, aut tale colatorium *clarificamus:* num eo *exaltamus?* an magis decolamus, defundimus? Dic

Plin. nat. hist. l. 20. c. 13. Lib. l. 1 ep. 19.

clarè, Plinio *nasturtium* quòd *visum clarificat*, num hunc *exaltat? Aries quibusdam est Solis exaltatio, vt Taurus Lunæ*; num ille Solem, hic Lunam *clarificat?* At quousque *exaltat? ad gradum puritatis summæ. Summa* est summitas, culmen, apex, vertex, non *gradus.* At apud Cacophrastum phrasis hæc inuenitur, vt ex his nimis multæ: *apud quem,*

Ep. 18.

est qui asserit, *nil dictum suo nomine:* & quibus *Paracelsicus* Libauio, *quo monstrosius excogitauit nomen, eo plus sibi placuit.*

*cuit.* At quid Paracelſus? *Separatione factâ ad coloris* (non tincturæ) *clarificationem, ac* (non hoc eſt) *ad ſummam gradum* (non ſpirituum) *exaltationem properandum.* Addat ille, & hic explicet. *Gradus, ad quem tinctura exaltari poteſt, quinquies duplus eſt, id eſt, quinquies in bis 24. Nam ſublimior non euadit.* Quo ſublimatio fortaſſe dicitur, *clarificatio* non dicitur. Interpretes ſint ſibi pſittaci: non ego Apollonius, vix vates Apollineus. At quî fiunt hæc omnia? *per vini ſpiritum. Spiritum* hic *ſeparat per ſpiritum*: an eundem per eundem? an ſimilem per ſimilem? Sed neuter agit phyſicè: cur enim magis hic, quàm ille? Mors *ſpiritus* hæc *ſeparatio.* Sed ſuſpicor, in eo ne concludat, à quo eſt exorſus; & tandem prodat, quod celârat diu. Nam *primus* Paracello *gradus eſt, vt auro volatili* (cuius è Crollio & Quercetano horrendas vires præmonuimus) *addatur vini ſpiritus, vt vterque fiat volatilis*: Latiniùs, & veriùs, vt vtrumque fiat horribile, abominabile. *Commentum* id *Lullij*, quod *Cœlum nominabat, quinta vini eſſentia depurata.* Eius Libauio *natura triplex, tartarea, aquea, & vinoſa*: quam hic adhibet? an *quod in vini ſpiritu priùs emungitur*, quod *fortius?* an *quod poſterius*, quod *eſt aquoſius?* cum *in aceto contrà fiat.* Quid quod Libauio *vini ſpiritus non tangit aurum, vt nec aqua mellis: niſi exaſperetur ſale ſecularum.* Nec verò dicitur, an aqua ardens, an *vinum* ſublimatum, ſeu igne eliquatum, an ſal Mercurij, ab hoc, vt alijs, dicatur *vini ſpiritus*: in quibus ſingulis, & ignis aliquid, & eſt acuti corroſiui. Quin *vini ſpiritum in aquam χρυσόλυτον coniectum, vim eius ſtupefacere*, putauit Camerarius, probat Libauius. At *hoc vera tinctura: tinctura* ſcilicet *tinctura*: color merus, fucus *verus*, quàm *vera* meretrix quæ fuco illita. At *Philoſophis* (ignotis, nothis, quidni, vt Seuerinus, addam *nigris?*) *quantopere decantata?* fortè

*Et maribus Curijs & decantata Camillis;*

puerorum nænias; quidni in tabernis, tonſtrinis, popinis, à

Par. chir ma. p. 2 l. 3. c. 2.

Ar. gen. cor. l. 1. c. 7. t. 48.

Par. teſ. rer. nat. t. 6. 398.

Quer. tetr. c. 10. & 32.

Crol. baſchy. p. 212.

Lib. l. 1. ep. 18. ep. 17.

l. 2. ep. 10. \ l. 1. ep. 22.

Onom. l. & 2.

Lib. l. 2. ep. 53.

Seuer. id. med. c. 1.

Hor. l. 1. ep. 1. 64.

cinœdis, cytharœdis?

Art. Poet. 50. *Cantio cinctutis non exaudita Cethegis.*

At hic *hæc fruitur.*

Mart. l. 7. ep. 86. 2. *Sic fruitur tristi Canius Æthiope;*

cum Martiali vt acclamet sibi,

l. 2. ep. 18. 13. *Ingenti fruor improbo, somno,*

an somnio? cum *fructu* fortè aureorum aliquot. At *manauit ab Altissimo*; certè apud Siracidem *sanatio*, sed non *tinctura*: illa nec in hunc *manauit*, nec in hoc manet: hæc à tinctore deriuanda, non *Altissimo*. Quæ sequitur sententia, sententiam priorem sequitur, è Paracelsi chirurgia, vt citat Quercetanus, quæ non è decem Archidoxis, vt hic habet: etsi nec archidoxa, nedum orthodoxa, sed digna Paracelso παράδοξα, ἑτερόδοξα, νεόδοξα. Aut igitur hic fallit, fallitur, aut Quercetanus; aut Bombast (vt plurimùm) παντολογεῖ. Sed cadunt facilè, qui cœcum sequuntur ducem; errant, qui errabundum; κακὸς ὁρᾷ τυφλὸν qui Cacophrastum. De huius falsitate plura, cum de viribus: interea cur hic de solo *sanguine*, non & *membro affecto*, vt ille? cur memorat alteruter de *expurgando*, cum neuter alibi *tinctura* isti vires ascribat *expurgandi*? cum & *sanguinem* purgare, id est, mundare, depurare, vt vt vtile, vix vtile sit *expurgare*, exinanire, exhaurire: ne sit καθαίρειν καθαρσίων, nec verò quod *expurgat*, hoc statim *removeat, restituit*. Ex Archidoxis solum adnoto, quòd *tinctura malum non separat; tam malum quàm bonum tingit*: & de *tinctura* physicâ, quòd *quæsierunt infiniti, pauciss. inuenerunt*: ne Paracelsus putà. Quod proximum è Paracelsi *libro de contracturis* vt hic scribit, *de membris contractis* vt inscribit Quercetanus (vter puriùs?) eundem oler limum ex eodem lacu. *Essentia* huic *tractu rubea, rubitia* illi (vtri significantiùs? huic nũ alterutra?) sed illi *ab arcano, croco, magisterio, liquore, elixirio, balsamo, tinturâ, auro potabili diuisa*, & nisi fallit aut fallitur, diuersa. At & *discrimen* ponit *Paracelsus inter aurum potabile & auri essentiam: discrimen*

Par. arch. l. 5. arcan. l. tinct. ph. c. 4. To. 4. l. meteor. p. 106. Querc. ib.

Par. cont. tr. 2. c. 2.

Quer. tetr. c. 32. è Par. ch. ma. p. 2. tr. 3. p. 146.

Spir. plan. c. 3.

veriùs in vtroque.

*Quis discrimina comparet duorum?*

Paracelso nimirum (quod hic semper meminerit) *quinta essentia non potest iterum in suum corpus reduci, Aurum potabile in suum corpus metallicum rursus transmutatur.* Sed hic ad *Auri Essentiam* cum aspirârit, cur hæc inscribit *simpliciter Aurum Potabile?* Si *altiori gradu Auri Essentia collocatur*, hic (*ab Altissimo*) ascenderit in *gradum altiorem*, cur supra *simplex Aurum Potabile* hic homo *simplex Auri Essentiam* non *collocauit?* An huius menti excidit res tam leuicula, quàm libri scrypapii; an de industria omisit typographus? an per incuriam excîdit superiorem titulum bibliopola? Si *Auri Essentia longè minori dosi exhibetur*, cur non descripsit *dosin* hic huius aut illius? *tinctura* Paracelso *scryptulus in* octupla *theriaca*, Quercetano *in vino granum vnicum*; *Essentia*, illi *ex aqua vitæ grana tria*, huic ex illo *in vino* 5. 6. 7. *grana*: *Auri Potabilis* est *dosis* Paracelso scrypt. 1. Libauio *in liquore* *millecuplo vix gutta vnica*, idque *propter acrimoniam.* Num hæc videntur eadem? Num & leuicula res *dosis* remedij? Galeno si non ἀφ' ἑνὸς, non ἀπλῶς, at δοσις ἀπλῶς τοῦ τυχόντος dicitur. Nam *quantitas remedij pendet* & penditur *à quantitate morbi*, & *morbi quantitas ex recessu ab* ἰδιοσυγκρασία, ἰδιοσυγκρισίᾳ, *quæ nec dici, nec dignosci potest scientiâ*, si potest coniecturâ. In *dosi* chymicâ, non minus, quàm in *essentia discrimen*. *Doses* descripsi: huius *Auri Potabile* num *longè* maiore, quàm *Essentia, exhibetur?* Qui caple, si lapit, caue-bit, aut dolebit. Sed *missus* in Sigæum, Moroniam, aut ad vmbras silentes *Paracelsus, cuius vmasum nomen haud facile multorum ferrat auribus*, tam maledicentiæ, quàm *nouitatis* inuidiæ, tam ignorantiæ, quàm falsitatis reus, quo ore, quo iure, ad testimonium in causa sua, ab hoc sectario, hoc loco, dicendum reuocatur, reuocatus admittitur, admissus auditur iterum, ac tertiò? Auditus verò, acriore iudicio, prudentiore consilio ablegatur, proscribitur, exterminatur.

Mart. l. 7. ep. 44. 10. Par. Arch. qui. est. p. 87.

Par. chir. ma. p. 2. tr. 3. c. 9. Quer. ib. p. 438. 434. Par. chi. mi. cont. tr. 2. c. 2. Lib. a'c. l. 2. tr. 1. c. 4.

Gal. ad Glau. l. 1. c. 1. Met. med. l. 3. c. 3. 7.

His. pag. 13.

Sed

Lib.alc.l.2. tr.1 c.4. l.2.ep.6. Par.contr. tr.2.c.2. Mor.Gal.l.1. c.5.

Sed discedentem è curia Libanius audiuit dicere, *Nil valet aurum absque corrosiuo; Quod sine corrosiuo solui impossibile*: Cui inter destillandum, *acetum* primò *destillatum*, *aqua* deinceps *vita* è *vino ardenti* additur. Illi *authoritas in medicina nihil valet*; nedum illius: nisi in istos Paracelsi de grege porcos.

F.A. *Altera enim illa Mellea substantia cuius prius memini, quæ continet in se Spiritum simul ac Corpus auri, quæ nondum per Alembicum transiit, Potabile Aurum nuncupatur, à Philosopho, eo quòd redigitur in substantiam quæ bibi potest, vnà cum aliis spiritibus & liquoribus. Nullam igitur nobis impostura notam inurere debet is (ô viri laureati) si eodem nos vtamur titulo, qui vtramq; possidemus: primam scilicet solutionem Auri in mellis formam redactam, solubilem in quocunque liquore veluti mel ipsum, & reuera potabilem, vti solutum Mel; atque Tincturam, Animam, siue Essentiam ipsam Auri separatam à suo Corpore, atque in altiori preparationis gradu existentem, & Potabilem etiam.*

M.G. Quod memorat hic homo *melleus* (*cuius* & *prius meminit*, & sæpius, vt & aliorum, quæ hîc ijsdem verbis more cuculi repetit, vt iam non possit non *meminisse*) de *alterâ* (acsi sint duæ) *illâ melleâ substantiâ*, id melius memoriæ si excidisset. Nam & --τῦ μέλιτος τὸ πλέον ϐρῶσι χολὴ, & monet Sapiens, *mellis multum ne comedas*: & in hac denique nec *mellis* est *substantia*, nec circumstantia, nec apificium, nec opificium, nec suauitas, nec sanitas, nec vsus, nec fructus, nec sapor, nec color vtique: nam *ficca, nigra terra*. At *Spiritum ac Corpus auri continet*: quod nec *Mel* ipsum: non est ergo *Mellea substantia*? est putum purum *aurum*. An *Spiritus ac Corpus* adhuc *simul*, quum *forma omnino destructa, membra disrupta, soluta materia*? num non potest reduci, quod nondum abducitur? Quid *auri* deficit, cum horum sufficit vel alterum? At *nondum transiit per Alembicum*. An vnquam *transiit Mellea substantia*? at priùs *Auri anima, tinctura separata*. Illa *in fundo subsidet*, non ergo transuolat. At *nuncupatur Aurum Potabile*;

Prou.25.27.

*Potabile; simpliciter:* ἁπλῶς, an κατὰ μέρος; merum, an mixtum? ἁπλῶς, an κατά τι; καθ' ἁυτό, an κατὰ συμβεβηκός; fortè à ſophiſta aliquo, non à forti *Philoſopho*; aut à quo? Philippo Aureolo: & quid ita? *Quia redigitur in ſubſtantiam quæ bibi poteſt.* Et *bibi poteſt* ſoliata *ſubſtantia cum aliis*, & alienis, *ſpiritibus, liquoribus*, qui deuehant, non digerant. Sed hæc *reductilis*: num huius igitur? nec *digeſtibilis* ventriculo, quin exit vt introijt; cui ergo vſui? Non *nullam igitur impoſturæ notam*, & huic debitam, *inurent viri laureati*, qui laurum meriti, *aurum* requirunt, nec reperiunt in huius pollicitatione, potione. Hic fruſtratus; illi fruſtra ſunt. Par.contr.tr.2 c.2.

*Cum peteret mixtum, vendidit ille merum:*
*Impoſuit* ſic *copo* Martiali laureato. Hoc illos vrit, *inurant* illi *igitur notam* reciprocam ☉: & quia illis *impoſuit*, à Martiale illi *Imponant plagiario pudorem.* Mar.l.3.ep.57

De *titulo* tametſi titiuillitij, nauci, nihili, non litigem, ne hic *vtatur*, abutatur, vt libet: non minùs tamen *impoſtores* putent Chymiſtas *laureati*, quàm pharmacopolas Lactantius, quorum *tituli remedium, pyxides habent venenum.* At huic non modò ius ad rem ex *titulo*, ſed ius in re ex *poſſeſſione vtraque* nempe *poſſidet*; vt *regnum Æſchynus*; & ſtylo regio. Sed vt concedit Epigrammatarius, L.1 ep.53.9. Lang.l.3.ep.6 è Lact. Ter.Ad.act.2. ſc.1.

*Poſſideat Libycas meſſes, Hermúmque, Tagumque,*
*Et potet calidam qui mihi laudat aquam.* Mart.l.6.ep. 86.5.

Quin poſteà vt idem regerit.

*Rape, fac, tange, aufer, poſſide: relinquendum eſt.* l.8.ep.44.9.

At *poſſidetur ſcilicet prima Auri ſolutio*: non opus, ſed opificiũ, ſeu artificiũ. Rerũ *poſſeſſio*, non actionum. Rẽ non tenet; ſed *titulum*, ſeu modũ rei. Sed quæ illa *ſolutio? in mollis formã redacta. Aurum* putâram redigi, ſubigi, non *ſolutionem.* Si *in formã* intrinſecam, *mel* ergo *ipſum eſt*: ſi in extrinſecã, nõ ergo *nigra terra.* At eſt *ſolubilis in quocunque liquore, veluti mel ipſũ. Solutio ſolubilis*: ô gyros miros! Vt *mel*; an *hor aum*, an *aut bimum*, an *eryceum*, an *inſanum*, *venenatum*? nam Plinio huiuſmodi. Plin.hiſt.l.11. c.15.16. l.21.c.13.

di. An vt cum aqua fiat ὑδρόμελι, cum aceto ὀξύμελι, cum *liquore quouis* apomeli? Sed optimum, quod per se fluit, ἄκοιτον, proximum quod fumos non fert, καπνίαν. Sed in his *mellis Attici* ne guttula; quod *furem odit & menstruum*. At hæc *solutio reuera potabilis*, vti *solutum mel*. Bibenda imbibitio. Num potio hæc huius solutiua? Si nil hic potet aliud (sed potat aliud atque aliud) citò dispereat siti. *Mel* etsi *solutum*, succi plena substantia: *solutio*, etsi *auri*, sola est actio. Num *reuerà potabiles* sunt actiones? Hæc huius ante annum sola *possessio*. *Fruatur*, quo soluatur. Nunc autem *possidetur Tinctura, Anima, siue Essentia ipsa Auri*. Suam hic *animam* in patientia *possideat*. An duas *animas*, duas *essentias* hic homo *possidet*, *Auri*, & suam? *Tincturas* (puto) plurimas. At inter operandum primò de *anima* transmigrante, tum de *tinctura* emergente, demum de *essentia* elicita audiuimus. Nunc omnia sunt eadem? an tria hæc sunt vnum? Erat τὶς πλέκτης. qui cum causidici de iuris formula, sententia, subtilitate disceptarent, *Vos*, inquit, *tenetis formam legis; at ego materiam in crumena*: Hic contrà, *auri corpus*, id est, *materiam* amandat aliò, ostentat *auri animam, essentiam, tincturam* denique, imaginarias. Vter prudentior? is ditior. Huius

Hor. art. po. 7. —*velut ægri somnia, vanæ*
*Finguntur species.*—

A *suo corpore* hæ *separata*. Quæ benè coniuncta fuerant, sophista malè diuidit:

*Nam quæ non prosunt singula, iuncta iuuent.*

Nũ *separata anima* in terris posteà reperienda? Nũ, nisi hominis, credetur vlla manere, superesse *separata*? num semel separata, in idẽ, aut aliud corpus identidẽ cadẽ vertitur, reuertitur? Nũ *animam* qui quàlicet *euocauit* (quũ illa euolauit) eã cũ libet reuocabit, quò lubet deuocabit? Sequaces dicit *animas*, & obsequentes. At *in altiori præparationis gradu existunt*. Parare, *præparare*, *separare*, inducere, educere, deducere

ducere, in *gradum altissimũ* attollere, dejicere de *gradu animæ*, nũ licet cũ libet, Chymicis? Prius *extiterant*, & *gradu altiore*, quàm alio vt possint *præparari*. Philosophis *existere* est physico vestiri *corpore*. At sunt *potabiles*: num *animæ*? num *tincturæ*? Hauriri faucibus, sorberi gulâ, infundi ventriculo, quidquam, nisi *corpus*, nisi per *corpus*, potest? Alantur *Corpus* odoribus, Chamæleontes aëre, pisces aquâ; non tamen sine *corpore*. Hic pasci sensus postulat, non intellectus. Vix sobrio sit animo, qui ebriâ sit *animâ*, seu bene potâ. Quasi vinum potetur sanguis metaphoricus, quâ vinum sanguis tertiæ; sin *sanguis* verè *anima*,

*Purpuream vomat ille animam,* — Vir. Æn. l. 9.

qui fero animo, corpus exanimet, vt *animam* transglutiat, 349.
sanguibiba. Pota bilis minùs contra naturam, quàm *anima potabilis*. Sed satis consuluit Natura *Animæ*, vt nec Cannibali, nec Germano, nec Chymico siticuloso potatori, contrectari manibus, vix comprehendi sensibus, nedum ebibi aut imbibi possit œsophagis: nec ergo *potabilis* concludatur, si *auri* vlla sit; multo minùs, si nulla. Nullius nulla potatio.

*Obiectio.*

*Sed instant plurimi, qui fidenter affirmant Potabile Aurum nullum esse aut nuncupari debere, nisi post completum Elixir sive lapidem Philosophorum, in quo est materia sanitatis ac diuitiarum simul. Utrumq; enim ex eodem fonte fluit. Et cum Chrysopœiam sive Argentopœiam non agnoscant prudentiores, altioris ingenij homines, de Auro etiam potabili sententiam dicunt.* F.A.

Vt thesis de *auro summo* non sine exceptione, sic nec hypothesis de *soluendo* sine *obiectione*, *solutione* præteritur. Hic homo ἀμφιέζεος, δικλίνομος, confingit sibi statuas stramineas, in quas incurrat, quibus occurrat: videat, ne contra stimulum. Per ludum audij euersum à suis dominum. Quin contra duos si ne Hercules, hic vt constabit, si huic *instant plurimi? Instare* si sit premere, vrgere, insectari, plures sunt M. G.

*plurimi*, quàm quibus hic obsistere, obstare possit, ausit: si instãtias producere ex parte altera, & pluris sunt *instantiæ*, & pluris *plurimi*, quàm huius recusare, refutare. *Iisident er affirmãt*; quòd *affirmẽt* firmitatẽ; quòd *fidẽter*, fidẽ; quòd *plurimi ipso Lullo* colligat, & neget *plurimis fident er affirmantibus* fidẽdũ esse. At rẽ *affirmant* nihili: nempe, *Potabile Aurũ nullũ esse, aut nuncupari debere*. Si verè, hic cadit causâ, vanus est, nequâ est, *nullus* est: quòd verè, verisimile, quòd *plurimi*, qui tribus plures; verendum, quòd *fidentes*, & bonæ fidei; à me ferendum æquiùs, quòd id astipulor cum *plurimis*, modestiùs. Non *nuncupandum*, si sit *nullum*; *nullum* ésse, si fuisse *nullum*; *nullum* fuisse, si nunquam apud aliquem, hic si non fateatur, saltem *instantiam* probatæ fidei vel vnam contrà proferat. Tenebit interim quæ negat consequutio: quâ non probare nos tenemur, sed hic contrà *instare*. De Gebro, Lullio, Arnaldo, de Paracelso, Hagetio, Conthonio, de Crollio, Quercetano, Palmario, de Dæmogorgone, seu Heliocantharis si volet, quas volet referat, nil refert, fabulas. Nec magis *fidentes* videntur, quàm videntes *plurimi*: nec magis numero *instare*, quàm scientiâ. Quin cauent plusquam opus; vident plusquam hic vellet. Admittunt siquidem non necessariam exceptionem; *nisi post completum Elixir siue lapidem Philosophorum*. Sed id est, acsi dicerent, *nisi* post aduentum Heliæ Artistæ, quem Chymistæ expectant vt Messiam Iudæi: *nisi post* annum Platonicum cum duo Sabbata concurrerint: *nisi post completa* capitis ahenei oracula, Antichristi miracula, cum consummata sæcula. At *in hoc est materia sanitatis & diuitiarum simul*; an simulata? & *mundi gloria, & fortitudinis fortitudo fortis, & totum quod eum melior at, & quod ei necessarium, & quod complet in se, ex se, per se*, & quid non miraculi?

Her smar. tab ar. 6. 7.

Lib. 1. ep. 79.

*Res mira, miris inuoluta ambagibus;*
*Res ludicra:*—

vt ludit Rucardus ad Libanium: an vt seriò Michelius, *ignis*

*nis consumens omnes morbos; Phœnix qui igne nascitur, producitur, & propagatur; mysterium universæ naturæ; solida philosophia fons; clauis sapientiæ; anima & medulla physices; medicinæ radix & meta; vniuersitatis speculum*; & quid monstri non! Sed hic an *lapis mineralis, id est chalcanthi oleum seu spiritus? an vegetabilis, id est vini? an animalis, id est, auri quinta essentia*; idque aurum potabile; etsi id potiùs è minerali hauſtum? At cur hæc *simul sunt? Vtrumque enim ex eodem fonte fluit.* Imò, vt riuulus à mari oritur, ad mare labitur, in mari clauditur; ſic in hoc lapide cùm aurum conditum, editum, redditum, quin vtriuſque eadem hinc ἔδος, μέθοδος, ὁδός? Imò, acſi idem per idem explicet Michelius, cum dixit *lapidem Philoſopherum, ſiue aurum potabile, elixir vitæ, medicinam vniuerſalem, animam & vitam rerum, &c.* Hic homo igitur an præ ſe ferat Anthoniũ, Franciſcum parum refert? an illum in eremo, hunc in cœnobio? An Paracelſum legit, Bombaſt negligit? Hoc fortè, quia πολυώνυμος, ἰμώνυμος, vt probum decet, ſcilicet. Imò num Romã ire Athenis rectà nouit, Athenas redire Romã neſcit? An eſt *αὐτόσημον, αὐτότροπον aurum potabile?* Videtur quidem; nam *dictum ſimpliciter*, & non *ſimpliciter*. Hic Doctor igitur non λογικὸς, ſed ἀμφιβολογικὸς, æquiuoci, ſi non æquiuocè, ſeu antiphraſticè. *Simpliciter* ſi *aurum* fuerit, quod priùs venditabat, cur iam hoc iactitat quod non *ſimpliciter?* At *Chryſopœiam ſiue Argentopœiam*: Quàm doctus hic Doctor, hinc conijcite, qui Græcè alteram vix nôrit exprimere, non norit alteram; ſed Græcolatinum miſcellaneum ſubſtituat. Grammaticaſter quiuis Græculus ἀργυροποιΐαν vt *Chryſopœia* reſpondentem ex onomatopœia deduxiſſet. Ex vtraque poeticum, factitium, fictitium. At neutram *agnoſcunt* (imò admittunt, approbant) *prudentiores, altioriſq; ingenij*, quàm naſo vt velint circumduci, nummis emungi. Exploſit etenim, damnauit, confutauit coram & cum *prudentioribus & altioris ingenij* Philoſophis Oxonienſibus

Mic. vt. med. p. 244. 245. 270.

Lib. punct. 18. in Mic. l. 1. ep. 17. & Dom. Hortul. l. 2. ep. ded.

Mic. ib. p. 239.

REX *prudentissimus, altissimi,* authenticissimi, ingenij, iu-
Wak.Re.Plat. p.150. dicij, Platonicus, IACOBVS Augustissimus, sex abhinc annis, *ab authoritate diuinâ, ratione humanâ, experientiâ* historicâ, argumentis, vt solet, vt par est, inuictissimis. His hic respondeat vt decet philosophicè, & spondeo me manus dare, victas, victas.

*Verùm tuta suo iudice causa mea est.*

Ou.trist.l.5.el 11.22. Plaut.Asi.act.1 sc.vlt. Com.Treuisã Intereà, sed fide meliore, *sunt nostræ manus oculatæ, credunt quod vident:* & ait ex his aliquis, *Lapidem qui videt, credat.* At *hoc ipso de auro potabili dicunt sententiam.* Dignissimè: nam si de similibus, multò magis de ijsdem, non modò simile, sed idem iudicium. Non est huic veri sensus, non scientia, cui non hæc *sententia.* Si *aurum* ineſt, potest eximi; sit prius exemptum, non iam restat *aurum.* Si aurum sit, non est potabile; si est potabile, non est aurum. Si sit lapis, non est aurum; si sit aurum, non est lapis. Si hoc post illud, non est antè; si nec id anteà, non erit istud posteà; in retro commeantibus reciprocis. De his, si vllis poeticis, id dictum verè,

Ter.And. prol.10. Alch.lap.com c.29. *Qui vtramuis rectè norit, ambas noverit.* Vt sit ex his quibusdam Elixir, Alchymia, Lapis, Medicina: Alchymia Lapis, Elixir, Medicina: Lapis Elixir, Medicina, Alchymia: Medicina Elixir, Alchymia, Lapis.

*Solutio.*

F.A. *De Metallorum quidem Metamorphosi, ex omnigena Philosophorum lectione inquirere licebit. Quod Medici est ego tracto: reliquum in suo valore maneat. Et licet non desint plurimi qui existiment in Auro semen esse Auri ad propagationem aptum,*

*Nam simili semper frondescet virga Metallo. vt cecinit ille.*

*nos tamen illa ad quæ vocati non sumus relinquimus, & alijs commendamus, qui otij gratiâ res nouas tractent: & dicimus, quod vna est Alchymica intentio ad trasmutationem, altera ad Medicinam tantùm: vt patet ex diuersis regiminibus, & signis demonstrationis in vtroque opere apparentibus. Medicus sanum probè exequitur munus, si ponderosum Auri corpus leue reddat: durum emollitat: si indigestibile, digestionis obedire faciat, & humanis spiritibus obtemperans: si*

*Metallicam*

*Metallicam Auri formam exuat, nouamq́, induceat irreducibilem. Longè aliud requiritur ad proiectionem Metallicam, de quo non est hic vlterius disputandi locus. Nobis sat sit docuisse, Artem potionis Aureæ conficiendæ veram esse & certam: Potionem similiter ipsam summam esse Medicinam.*

Acumen in hoc homine, & vires desiderabam: acumen autem video in hac *obiectione*, acsi cultri, quod domini incidat digitos, & vires, aut vt Horatij M.G.

*Vis consili expers mole ruit suâ,* Hor.l.3.od 4.

aut vt Aiacis fortissimi in furore, vt ferrum in se adigat. Et vires verò & acumen sic absumi video, vt *solutioni* nil supersit. Hos sibi faber compedes; imò vt Mario tyrannicida, *Hic est gladius, quem ipse fecisti.* Nodos hic nectit, nec resoluit. Sic habeat, vt nactus. Si hoc *sit soluere*, nec opus erit Alexandro Gordianum nodum discindere, nec huic auri *membra disrumpere*. Dissilient, si ne attingas. Habenda autem gratia, quod *ex omnigena* (plusquam cuiusquam variâ) *Philosophorum lectione inquirere licebit*. Si quæram ab hoc aliquid, respondet, *Quære*. An verè *lapis*, verè *aurum*? *Quære*. An à te, an ab alijs? *Quære*. An nunc est, an & fuit? *Quære*. Inquisitores Hispanici, si quæstioni hunc subijcerent, aut conquestionem, aut *solutionem* aliam, sed non soluto, extorquerent. Hic verò, vt Polemon Proconsuli de pœna prædonis dubitanti, consulit, *Iube, inquirat, perlegat, edisc at scripta veterum*. Sed *liber librum*, an *aperit*, an operit? an *plena omnia hieroglyphicis non solùm literis sed fabulis & anigmatibus: prodigiosa præconia, perplexissimum inextricabilium ambages?* An *aut philosophum seducet inuidus, aut sophista ignarus?* An finis ostendit initium, an finem indicat initium? An *Musa* (& is Anthonius acutior, & *summi vir ingenij*) *vltra centum libros philosophorum legendo, profecit nihil?* nos hebetiores, nisi legendo, nihil proficiemus? An *Geber* & alij *scientibus* (nec ergo indigentibus doctore) *dicunt aliquid, sed nihil alijs*, quantumuis scire cupientibus,

Soph. Aia. mastig. Treb. Pol. trig tyr. 7.

Polem. Eruc. apop. Lib. in Mich. not. 4. Mich. ap.

Ros. min. c. 2. P.

Calid. de Mus. dis.

Geb.

Alb.Ma. Alc. præf. Lib.ib.not.4. tibus,& ex professo (quasi idolis aut idololatris) *vt videntes non videant, audientes non intelligant*. Qui *Salomonis Canticum, qui Senecæ epistolas, qui Prophetarum oracula* huc torqueat, detorqueat, illum *Libanius damnat stultitiæ*, an & ille Libanium? In Labyrinthum itaque hic Minos amandat Theseam, sed sine filo, vt Minotauro deuoretur: aut Perseam in speluncam Medusæ, sed sine ægide, vt à venefica in lapidem vertatur: aut Vlyssem in castra Rhesi, sed sine Diomede, vt equos suffuretur: aut demum Oedipoda in antrum Sphingis, sed sine Minerua, vt vnguibus monstri discerpatur. *Inquirat lector* scilicet, sed *licet*, quid *omnigeni*, semiuiri, semiboues, ἀμφίονοι, δραπετίμαλλοι, βροτοὶ ὑγιεῖς, albi, nigri, humanâ facie, monstroso corpore *Philosophi* (qui non sunt, sed se nominant) eblaterârint, somniârint, scriptitârint: de quo? *de Metallorum Metamorphosi*; Ouidianam facilè quæ superet, absurditate, falsitate. Hanc qui refutet REX mihi instar omnium, vnus Plato, vnus Cato: sed is philosophico stipatus satellitio, & ei succenturiatus cum alijs centurijs ex professo Moresinus Scotus. Hic autem

Th.More. metal. metam *trallat quod Medici*: annon vt sutor vltra crepidam? *Trallare* poterit *quod Medici*, qui non est *Medicus*; vt simia nouaculam, quæ non est barbitonsor. Etsi

Hor.l.2. ep.1. 137. *.. abrotanum ægro*
*Non audet, nisi qui didicit, dare, ..*

& huius tamen *aurum potabile*, mandante ipso, *distribuit, impertiit, propinauit* qui non ex professo Medicus. Nec tractet (opto) Miles quod Doctoris, nec Doctor (moneo) quod tinctoris, nec tinctor quod aurificis, nec aurifex quod adulteratoris, nec quisquam quod artificis sit alieni.

l.1.ep.14.vlt. *Quam scit quisque, libens censebo, exerceat artem.*

At *reliquum* (an relinquendum magis) *in suo valore maneat*. Nec phrasis hæc inualuit, nec est in pretio apud Latinos: nec boni votum animi, vt valeat, vigeat, priuatim maneat,

manet

manet in publicum, quod bono non fit animo, ad damnum reipublicę, dedecus artificis, emptoris detrimentum. *Licet non desint plurimi* (non illis quos dixit pares) *qui existimant* (id quod non *licet*, sed parum æquos arguit rerum æstimatores) *in auro* scilicet *inesse semen auri ad propagationem aptum.* Nempe poetanti, an potanti Bruto apud Fernelium, vt auguor ex Augurello, *in auro* Fer. Abd. re. cau. l. 2. c. 18.

*Semina sunt auri: --sed & hæc abstrusa recedunt* Io. Aur. Aug. Chry. l. 1. 544.

*Longiùs, & multo nobis quærenda labore.*

Sed semen illud, illi *elixir verum*, *thesaurus est immensus*; ex quo eidem

*Omne vel immensum verti mare possit in aurum.* l. 3. f.

*An fabulam hoc detegit?* Sed ab hoc qui probatur? Ex hoc, quod *ille cecinit*. E cantione scilicet probatio, è Sibyllinis folijs,

*Nam similis semper frondescet virga metallo.* Virg. Æn. l. 6. 144.

Non *ille* causam dicit, nec *semper* spondet. Quin, vt ille, fingens poeticè præposuit,

*--primo avulso non deficit alter Aureus?--* 143.

Hunc verò ramum *--tegit omnis* 138.

*Lucus, & obscuris claudunt conuallibus vmbræ.*

Hunc, nisi ad inferos iam descensurus, hic non 131.

*Dijs genitus-- --non viribus vllis*

*Vincere nec duro poterit conuellere ferro.* 147.

A Deo, die tertio, *semen* proseminans, progenerans, prolificum, frugiferum hic plantis primò dicat inditum & insitum, in auro ne dicat *ad propagationem aptum.* Quis masculus? quæ fœmina? quis vterus ἀρσενογόνος, ἀρσενογόνος; quæ vasa seminaria? quod tempus conceptionis, parturitionis, partus? quæ obstetrices? quæ nutrices infantis aureoli? Gen. 1. 11.

*Sol pater est?* negat Michelius: *Sol aurum*: num idem pater sui? *Luna mater est?* negat Michelius: *Luna argentum*: ab hoc vix vnquam nominatur: num vxor mariti mater? *Terra nutrix est?* negat Michelius; si philosophici dicatur Her. tab. smar. art. 4. Ios. Mic. ve. med. p. 266.

*auri*, non vulgaris. A ſolis, Sole concoquente, & ſolo concipiente intra terras *aurum*: num extrà ex ſe naſcitur, vel ex Mercurio? In *ſemine* eſt quiddam animatum; num *ſemen* inerit non animato? Ars animam num addidit, Natura quam non indidit? Eſt rei ſolùm naturalis, id opus naturale, *propagare*, producere, progenerare ſibi ſimile: num ars hîc poterit, natura quod non poterit? Num naturale ſterile, ſed artificiale *aurum* fertile? Quæ propinauit *auri ſemina* equo futuro Conſuli non æquus Conſul Caligula, num equum impregnârunt, aut aureum proſeminârunt aſinum? Non eſt *aurum*, vt triticum: etſi ſit, euulſum non germinat: etſi germinet, ignitum non generat. Agriculturam cum ſpe arator exerceat: auri-culturam ex re Orator REX irriſit. Hęc demum hic euerterit, cum hominem in angelum, belluam in hominem, arborem in belluam, metallum in arborem conuerterit. At hic *relinquit illa* (videtur ergo attigiſſe) *ad quæ non eſt vocatus*. *Non eſt vocatus* (credo) nedum electus (ſcio) vt *aurum* conficeret portabile, nedum *potabile*. Nec enim *vocatur* ad nefanda, nefaria, niſi à malo dæmone. Sin *vocatus*, quo nomine? quo numine? quo miniſterio? quo munere? At hæc *commendat alijs*: quæ ſcilicet *reliquit* ipſe. Gratias. Num dignus qui *commendet*? num digna quæ *commendet*, Commendator inſignis?

Arist. gen. an. l. 2. c. 3.

Dion. Nic in Cai.

*Qualia commendes, etiam atque etiam aſpice, ne mox*
*Incutiant aliena tibi peccata pudorem.*

Hor. l. 1 ep. 18 86.

Vix bonis commendatus, qui talia *commendet* alijs. Sed quibus hæc —*Veneris commendat epiſtola? Marti?* an Mercurio? Imò his, *qui otij gratiâ res nouas tractant*. Vt *extet ratio non minùs otij, quàm eſt negotij, præclarum*, claris viris, ſcripſit Cato, ſubſcripſit Cicero. Sed *otium* an affert *gratiam*? an odium? an quicquam gratioſum *otij* fit *gratiâ* ab otioſo? An verò

Iuu. ſat. 16. 5.

Cat. Cenſ. Orig. p. Cic. or. pr. Pla.

*Otia ſunt Chymici cauſa cibuſq; mali?*
*In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.*

Ou. rem. am. l. 1.

Ἔργον

Ἔργον γ' οὐδὲν ὄνειδος, ἀεργίη δὲ τ' ὄνειδος. Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμ. l. 1.

Sit sanè satius vel nihil agere; quàm malè agere; & otiosum esse sapientius, quàm nihil agere: sed *otij gratiâ res novas tractare* suspiciosius & vitiosius, quã otiosum esse. Hæc pertinax inertia, iners negotium, desidiosa occupatio. Μὴ νεωτεροποιεῖν, μὴ καινοτομεῖν, seu in republica, seu medica: id *otium* ne faciat negotium: *res novæ* ne sint nullæ, seu nulli rei. At *intentiones* (an primas, an secundas Logicas, imò) *Alchymicas dicit duas*. Cor *Alchymistæ* duplex; non simplex *intentio*. Prætendit illud, *intendit* aliud; διπλοῦς ἀνὴρ. Attende linguæ duplici. *Una est, ad transmutationem*: an prior, potior, quin hanc collineat? Procus Penelopes hæret in famula? *Consensu artificum Chrysopœia pars prima Alchymiæ*: hic primam transuolat? mox in secundam inuolat? *Altera ad Medicinam tantùm*: minoris est, nec *tanti, Medicina*? Dispeream, si detur optio, nisi malim potiri hâc, quàm illâ. Sed *Alchymistæ* (nisi falluntur, fallunt, quod facile) eodem lapide *transmutant & medentur*; eâdem fidelià parietes dealbant duos. Tam enim lapis, siquid aliud, quàm aurum potabile (aut potiùs) Chymistis omnibus (si omnes idem sentiant) est vniuersalis medicina (si sit vlla, sed nullum esse ostendemus) adeoque *res vna tantùm, cuius vna materia, vna natura, vnum vas, vnus furnus*; vt vnum sint omnia; id vnum omnia. A Lullio, Arnaldo, Paracelso, cæteris, vt *super cæteras quascunque medicorum medicinas* emineat, triumphet, emicet *Elixir id Solificum*, sit infinitum dicere: cum tamen Libauio, *lapis perfectus homini venenum noxium*. At huic *regimina diuersa*; à vero scilicet: nam illi vnicum agnoscunt ignis *regimen*. At *& signa demonstratiua*. An dicit τεκμήρια, an σημεῖα, an τέρατα, an εἴκονα? Nam illa ἀποδεικτικὰ apparent nuspiam in opere alterutro, aut quouis chymico; vix ista forsitan, è quibus incertis certi nihil. Vnum adjiciam ex illis *signum, De filio ne comedas* (nedum potes) *cuius mater menstruum patitur*. In huius opere adiectum

Ios. Mich. ve. med passim.

Arn. Ros. phi. c. 31. f.

Ric. Ang. cor. c. 14.

Lib. in Mich. not. 40. m.

Arist. de bet. l. 1. c. 2.

l. 2. c. 25. f.

Mic. med. p. 322.

Lib. trium. alc. c. 15. f.

ſæpe *menſtruum*. Ex alio vt addam, quod ad vſum, *Bibendam date veſtro illi inimico*: nec enim amico conuenit. At *munus medici* (mendici potiùs) hic *probè* (an prauè) exequitur, *ſi auri corpus ponderoſum reddat leue*. A *Medicorum* legiſlatore Hippocrate accepi multa (plures plurima) & alia ab alijs, quæ ſpectant ad munus, onus, officium & ornamentum Medici, eiuſque προσαίνειν, παραγγέλματα, ἐυτρέπειν, ἐυσχήμοσύνην, ἐυδοξίην, ἐξ ἀρχῆς μάθησιν, ἐρρωσύνας ἄσκησιν, ἤθεα, πρέποντα, προσήκοντα, περίεργα, πάρεργα κομψὰ, χαρίεντα, ſed *de reddendo leui, quod ponderoſum* fuerat. *Auro*, οὐδὲν χρῦ, οὐδὲ μὺ, ne verbum hactenus ab aliquo. Quid quòd Michelius indignam putat Chymico χαμάδας τέχνην, *vt circa metallorum quiſquilias occupetur, aurum ne tangat*, nedum contrectet: vt vt Paracelſo, de metallis, ex metallis, per metalla, cum metallis fiunt perfecta Chymica; & *Alchymia* Rogerio *medicinam facit ſuper metalla proijciendam*. His ſe conciliet, aut hos ſibi. Quid demum quòd falſarij, monetarij, nepotes perditi, his technis ſtudent, vt *aurum leue* faciant *ex ponderoſo*, tectè vt tutò, ipſum abluendo, abradendo, detrahendo, cuprum ſubſtituendo, illæsâ ſignaturâ: cum contrà in hoc opere à Lullio deſideretur *ponderoſitas grauiſſima à leuiſſimo facta*. An *aurum* hic habet, vt *aquam*, *Raimundinum*? Quid denique quòd *aurum* eſſe definit, cum *ponderoſum*; (nec plumbum *ponderoſius*) quòd *auro pondus* pretio, non *lenitas*; quòd quo fit purius, hoc eſt (pro mole) *ponderoſius*; quòd magis *põdere*, quàm *lenitate*, permeat. Naturę hoſtis, qui naturâ graue *reddat* contra naturã *leue*. At & *durũ emollit*; peccato parî in naturã. Naturę cõueniẽtius, ſiquis, prętер ipſã, ſciat, poſſit miſcere harmonicè, quę pugnabãt diametricè,

*Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus*;

ne deſtruantur alterutra, ſed temperẽtur. Senſu *molliſſimus* ventriculus, vel ſtruthij, perſentiſcet, vel *aurum* quoduis *durius*, quàm ritè poſſit digeri. At *indigeſtibile*, *digeſtioni obedire faciet*: ex impoſſibili poſſibile: alter Deus. Quis *obedire* audijt, qui doctus? ſenſit, qui expertus? ſi *digeri* fit, quod

in

Arn.car.ſucc. 5.

Mic.ap.chy.p. 130.& 152. Lib.in Mic. not.5.& 40.

Rog Bac.ſpe. Alc.c.1.f.

Pet.P.Lap. phi.c.24 é Lu.

Lib.com.met l.1.c.3.4.

Ou.Me.l.1.20

in chylum, in cremorem, in ſuccum alimentarium transmutari? At & *obtemperans ſpiritibus humanis faciet.* Hic quid non *faciet?* è Rege, vt *obtemperet.* Priore capitulo eâdem phraſi idem pollicitus. Sed *aurum* magis pertinax, *humani ſpiritus* magis flexibiles, quàm hi vt imperent; illud *obtemperet*, aut iſtis, aut Anthonio. At quid *ſi metallicam auri formam exuat?* Formoſum *aurum* expuet, expoliabit. Quid ſi forma incorruptibilis, inſeparabilis, vt *aurum* maneat? Quid ſi *aurum* non ſit, *ſi forma auri exuatur?* Præconem expectabam, qui famam *auri* extolleret; prædonem experior, qui *formam auri* tollat. At *nouam inducit irreducibilem.* Verba vel temeraria, vel temulenta. *Noua & irreducibilis* non cohæret. *Irreducibilis* inducta priùs, & educta, ſed non poteſt reduci, vt ſit quæ priùs eadem. *Noua* nec eadem, nec priùs eſt inducta, nec educta. Quin *formas inducere nouas* intrinſecas, adeoque à *formis* facultates, adeoque ad facultates diſpoſitiones, non artis, non artificis, ſed Naturæ opificis architectonicæ, ars Dei quæ habetur, diuinum opus perhibetur. Si nota maneat, non opus *nouâ*, nedum *irreducibili* peiore. At *longè aliud requiritur*, conijcio, quàm hic aut acquiſiuerit, aut fortè inquiſiuerit; quàm aut tradat, aut teneat; quàm aut ſciat, aut ſcribat, aut ſciat deſcribere; *ad proiectionem metallicam.* An hæc *proiectio*, de quâ hic priùs *ſuaſit*, *Ne proijciat?* quòd Morieno, *cinis eſt cordis diadema?* An cuius, nec à priore, nec à poſteriore, nec theoriâ, nec praxi, nec acroamaticè, nec didaſcalicè huic ſatis conſtat ratio vel operatio? Sed aliud atque aliud, nec iter huc aut illuc, nec opus arbitror aut huius aut illius. Nam cui *Mercurius Philoſophorum, Aqua Cœlica, Vniuerſalis agens, Aqua Sapientiæ, quàm quod non aliud ſub cœlo Vniuerſale menſtruum Mercuriale Philoſophorum totius Naturæ ſecretiſſimum*, cui denique *calcinando, ſoluendo, elevando, ſeparando, diſtillando, Aurum potabile, quam optatæ ſummæ puritatis auri tinctura, anima, eſſentia, ſummum myſterium* (huius hæc omnia)

Hic pag. 37. Theſaur. phil. p. 264.

is nisi ritè scitè *projcit*, medetur, multiplicat, aut sui nescius, aut nostri inuidus, aut vtriusque negligens. Ad opus quid deest, quod sit opus? an scopus *alius?* an vsus *alius?* scopus *potionis* citerior, *proiectionis* vlterior? vsus medendi interior, multiplicandi exterior? Hic si vtrumque nôrit, vt vtrumque possit, quin velit, vsurpet, venditet vtrumque, nihil dubito. — *quid regna sine vsu?*

Ou. am. l. 3 el. 6. 49.

Nec citrà sistet hic (opinor) si vltrà sciat pergere. Sed *de illo vlterius non est hic disputandi locus.* Tam de illo, quàm de isto: ferè idem vtrumque; nisi vtrumque nullum: vtrumque putatitium: hic putet de alterutro; non *disputauit*, cui nec mos, nec mens est *disputandi*. Hoc *sat sit docuisse*: sed ne *sit satis* dicere, se *docuisse*, quod & doceri nequeat, & hic docere nesciat. Sed Doctor est (seductor, diceres) fortasse per antiphrasin, à non *docendo*. Num *satis* vulpeculæ, nunc vuas nolle, quòd altiùs sint pensiles, quàm carpere? nunc lepores negligere, quòd magis leuipedes, quàm capere? nunc *lapidem proiectionis* reijcere, quòd arcanum sublimius, quàm possit sapere? At quid *sat sit* dixisse? nec enim quidquam *docuit*. *Conficienda potionis Aureæ* (quâ phrasi anteà, si non braseator potifex, at pharmacopœus ad summum aurifex, non artifex, concluditur) *Artem* (non aliquam è septem liberalibus, aut literâ insigniendam capitali, asinariâ fortassis) *veram esse & certam*: quo dicto nec *verus* est, nec *certus*. Non *verus*, qui falsum asserit; non *certus*, qui non *verum*, seu *certè*, seu disertè arguit. Nam & illi, de illa optimè qui sensit, scripsit, meruit, etsi non augur optimus,

Io. Aur. Aug. Chrysl. 2. 139.

*Nec miseram magis affirmes veraciter vllam*
*Artem aliam;* —

Ric. Ang. Cor. c. 11. p. 554.

& Correctori Anglico, dum illam (non rectissimè) vult instituere,

Hip. art. & leg 2. 1.

*Hæc fallit multos sua per problemata stultos.*

*Ars* hæc, non Hippocratica, non Aristotelica, non [illegible]

σάτη, non ἀξίη δεῶ, non ἐπιδίη, ἀναμάρτητος, non ἕξις καθ' ἣν εὖ ἔ- Med. vers. 25.
χομεν, ἀφ' ἧς τὸ ἔργον ἀπολαύομεν, non μετὰ λόγου ἀληθὴς ποιητικὴ Arist. eth. l. 6.
non quâ hic ἀληθεύει, *verum, certum*, aut concipit, aut susci- c. 3. 4. 5.
pit. Nil dico *artium* de differentijs, conditionibus, conclusionibus, quæ hanc excludunt, proscribunt, excommunicant. Nil dico huius de inscitia, incertitudine, inutilitate, falsitate, quæ *artem* ab omni parte abnegant, abdicant, abiudicant. Id solùm dico (quod hic gloriatur) cum olim Magister *artium* initiatus, adeoque cum Doctor incipiens pridem inauguratus, vt vt aliarum *artium* quas nescijt, at huius aut mentionem, aut mentem fuisse nullam auguror. Nedum hic *decuit* cum summa imprudentia, quod nemo dixerit sine singulari impudentia, *potionem ipsam summam esse Medicinam*. Sint hæc dicta docta *similiter*, sed non verisimiliter, quę veri non similia. Sit *Medicina*, quam hic sapit, *summa*, δὶς ἐξ ἑπτὰ πίνειν, ἢ ἀφιστάναι, et si vult ἀποτίλλειν, potare strenuè, à *summo* ad imum *epotare*. Nobis (est Deo gratia) & Ars, & animus (testor τέχνην) & *verior*, & *certior*, quàm tale quippiam *confitere*: & *Medicina* & medela (attestor παιδείαν) *superior*, salubrior, quàm quicquam bibere quod hic propinet.

## CAP. V. F.A.

*Petit author publicum examen sicri veritatis huius mysterij per oculatos testes, aut silentium imponit oblatrantibus sempiternum.*

## CAP. V. M.G.

*Examinatione habitâ Auri potabilis Author damnatus.*

NOmen suaue (quod apes, non fuci præ se ferant) *Examinis:* res ipsa honorifica & salutifera: & *examinantibus*, & *examinatis* honorifica, & toti Reipublicæ est salutifera; illis, quòd se præstent, huic, quòd accipiat dignos, qui artem exerceant, quam profitentur.

*Iupiter*

Vir. Æn. l. 12. 725. *Iupiter ipſe duas æquato examine lances*
*Suſtinet.*—

Vt ergo illos olim ad *examen* (ni fallor, Senatorum) *coegit ſollicitus honor Senatus*: ſic hodiè non modò Academias in conferendis gradibus, ſed poſt ſuſceptos gradus, non modò Epiſcopos per Dioeceſes, aut Regni Cancellarium in collocandis ſacerdotijs, ſed Medicorum in primis Collegia, non modò forinſeca Mediolanenſe, Patauinum, Senenſe, Peruſinum, Pariſienſe, Montiſpeſſulanum, Viennenſe, Norimbergenſe, ſed noſtrum Londinenſe, monet, an iubet veriùs? iubet, an cogit potiùs honor ſollicitus ſalutis publicæ, vt & Doctores, etiam doctiſſimos, priùs examinent, quàm ad praxin permittant, in ſocietatem admittant. Adeoque *Pictauij, Doctor Pariſienſis voluit mederi; non licuit; coactus eſt, coram Magiſtris, artis aliquod ſpecimen dare. Scaliger medicus ad miraculum doctus, non potuit à Scholâ Burdegalenſi hanc prærogatiuam impetrare; aleam ſubire noluit; dimertit alìò. Pidou Doctor Decanus Scholæ Pictauienſis, vt in ſocietatem Pariſienſium admitteretur, in ſcholis reſpondit publicè.* De *Mercuriali, Gentili*, alijs, quæ audij, non refero. Hoc facto tantum abeſt, Academiarum dignitati, iudicio, priuilegijs quo detrahatur quippiam, vt neſciam an addi quicquam poſſit honorificentius, aut dignitati, quâ indignos, aut iudicio, quo indigos iudicij, aut priuilegijs, ex quibus legum priuatarum (vt ita dicam) priuatores, nec ſolent, nec debent, nec volunt promouere. *Examen*, lapis Lydius, an ignis probatorius, quo nummi, an animi ſpectantur aurei,

Reſp. Pariſ. ad Turq. p. 94.

Ou. Met. l. 13. 120. —*ſpectemur agendo*,

arguendo, docendo, differendo, diſcernendo. Doctorem Academicum, vt virum Spartanum, deceat proclamare,

Plut. laud. ſui. Ἄνμοι Νὺ γ' ἐσμὲν αἱ Νῆες, ἀνγάσθω.

Plin. l. 10. c. 3. Γύπος ſit Aquila, qui Solem aduerſum intueatur: qui auerſetur, cõniueat, adulterinus degener precipitetur. Collega

lega sit, Collegium qui tueatur: Carthaginensis Annibali qui hostem feriat. Non coronantur in Olympicis qui potuerunt vincere, sed qui vicerunt. Nemo hîc plus oneris imponit, quàm subiuit; subiuit, quàm sustinuit; sustinuit, quàm quod honori; honoris nec est inuidus, quem reportauit: nec cuiquam perit, quod impertit. Nec dormit gallus, qui me excitat; nec latet miles, qui lacessit. Vocalis sit, qui prouocet. *Examen* tam requirit paratum opponentem, quàm quærit peritum respondentem: nec minùs illius interest, quàm huius, aptè, appositè vt emittantur, excipiantur, recolligantur omnia. Quin hic neget faciliùs, quàm ille, vel verum, probet. Illius ergo partes duriores. Sed hunc κατ' ἐξοχὴν Censor sæpè lubens ingreditur, vt bono publico, & sine censu suo: censendus ergo cur subterfugit, ne semel atque iterum? an arrogantiâ? an agoniâ? Qui fidit sibi, ne diffidat illi. Non hîc, vt olim, *certant artifices, artis expertes iudicant*: sed *qui iudicat, cognoscit.*— *idque* κατὰ τὸν κυβέρνητον νόμον, quibus διαιρετὸν planè διαίτης οὐσίας. Nostris, siquis concedat,

*Nil exactius, eruditiúsque,*
*Sed nec candidius, benigniúsque* concludat.

Cic. or. pro L. Cor. Bal. Card. ep. ad Thad. Dun.

Anach. Laer. l. c. 8. Sen. Med. act. 2. l. 2. Plat. Lachet. Cratyl. Mart. l. 4. ep. 42. 4.

Qui sit, quid sciat, si faciat *Censores* sentiant, æquum ni censeant, nisi benè merenti benè dicant, faciant, dicat debine non malè *maledicos*, iniquos, *inuidos*: quod alioqui turpissimum sit maledictum. Agnoscimus, an sensimus, quod sentit Satyricus

*--malè verum examinat omnis*
*Corruptus iudex.--*

Hic præ. lin. 20

Hor. l. 2. sa. 2. 8 25.

& is, vt idem ibidem,

*Corruptus vanis rerum, quia veneat auro, &c.*

At horum verenda sunt ingenia; sed quærenda, imò & ferenda iudicia. Si plenius ac meliùs rem gesserit, quàm ex mandato, quos vndique instructos emittit Academia, legatione liberâ, in terras alienas, ad illos aliquis, & redit honor aliquis ad Academiam; quòd talis tales. E nido Academico qui euolauimus, sed nec degeneres, nec implumes,

nec inauſpicati, nec niſi matre iterum deoſculatâ, debemus Matri (fateor) & iam diu debuimus, & nos, & noſtra omnia: nec ei chariores alios aut fuiſſe agnoſcimus, aut ſperamus eſſe; nec nos minoris præſtitiſſe, *examen* qui præſtitimus, nec futuros honori minùs, quàm quoſuis alios, vt vires & locus ferent, officiosè, piè, confidenter aſſeueramus. Nec verò Matri detrahunt, nedum caſtigant illam, qui filijs adiungunt teſtimonium ſuæ ſcientiæ; nec filijs, qui συγκατάθεσιν materni adhibent iudicij. Nec ipſa Mater approbet, quin abdicet vt refractarium, qui nolit, vt indignum, qui non poſſit, ad interrogata ex arte reſpondere, conſilia conferre, rationē doctrinæ reddere. Nefas ὑπερβάτειν ἄπρακτον, nec fas ſit ὀρᾶσθαι ἄτερον, ἀπαρβαλον. Chymiſtæ pendent ab *examine*: ſine *examine impurum à puro* non ſecernitur. In medicamentis illud præ ſe ferunt, nec ferunt in medicis? Tangit, & angit propiùs.

Plut. vit. Paul. Æmil.

F.A. *Subuereor ne hæc quæ dixi omnia, tanquàm inanis oſtentationis ludibria condemnauerint ij, qui norunt quam multi nobilitate, opulentiâ, eruditione, atque acumine conſpicui, in eadem quâ nos Spagyricorum prouincià per tot annos militarunt, fruſtra tamen & inutiliter deſudarunt, vt ab euentu clarum eſt. Mirum igitur quod ego, non electus vnus, ſed relictus ex omnibus, id mihi pollicear, quod alijs multò melius (quod fateor) vndiq; inſtructis conceſſum non eſt: vnde & impoſturæ eximiæ reus eſſe exiſtimor. Quid iam agendum, vt me expediam à tanti criminis ſuſpicione? Scio ego quantis fluctibus me obiecerim. Sed eſto: fluctibus ſuperatis, leuiori poſthac vtemur remigio. Quare, vt me ab omni ſuſpicione liberem, nihil mihi magis in votis eſt, quàm vt tres, quatuor, aut plures (quò teſtatior fiat veritas) aduerſarij mei huius Myſteryi ſpectatores conſtituantur; cum quibus totidem alios iudicio æquè maturo, ingenijs autem paulò mitioribus, adeſſe, reiq; gerendæ intereſſe velim. In quorum conſpectu, niſi quod vt me ſuſcepi, nullo fraudis fuco adhibito, effectum dedero, ac Myſterium verbis iam initum re compleuero, nullam deprecor infamiam. Quod ſi non impetrauero, illud ſaltem opto, & (quod æquum eſt) poſtulo, vt liberior in poſterum veritati fiat tranſitus.*

*Tu, ſi quid nouiſti rectius iſtis,*

*Candi-*

*Candidus impertis, si non, his vtere mecum.*

Nunc ad hunc redeo; qui *nil moratus* anteà, *nil metuit*, nec pòst *solicitus*, nec *exhorrescit*, nunc *subueretur* sibi conscius, an (Italis vt in prouerbio) M.G. Hic præf. & recap.

*L'asino, ch'esser buon caual si crede,*
*Al saltar della fossa sen' auede.*

Quid autem? *dicta omnia ne condemnentur*: an falsitatis? an stuporis? alterius? an vtriusque? certè rea. Imò, *tanquam inanis ostentationis ludibria.* At hæc ijsdem verbis (nec enim huic verba varia; etsi multa meliora) priùs negauerat: an non satis est negasse? Vt ille scilicet illi gloriabundo, Hîc *Rhodus*, *hic saltus*: sic isti credam iactabundo, & dicam, Hæc *Aqua Cœlia*, hoc *Aurum potabile*, aut fallimur. *Non hæc ludibria*, sed ipse; *non inanis*; sed ipse: *non ostentationis*; sed ipse ἀλαζὼν, φλύαρος. *Indutus* nempe *anaxyride*, *passim ostentat*, nec ostendit tamen. Ἀ'φανὲς πανοῦ, ἀνέφαρτον ὄφι. Sup. pag. 99. Eras. adag. Philost. Icon.

*Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelat*: acsi Argiuum clypeum iam sustulisset; *Ad optatum finem perduxi omnia. Nos decantatâ fruimur: vtrumq; possidemus: Quæ cecini vera sunt: Non est ex omnibus, &c.* Persat. 1. 14.

Γ'σ ΔΞΙ βραβεῖον— nec gloriatur glorioſulus. At qui *condemnant?* Ij *qui nôrunt*: an aliqui sinceriùs, testatius, authores, iudices, censores grauiores? ἕτερον ἑτέρῳ παραδοκῶν ὄντες. At quid *nôrunt*. *Quàm multi nobilitate* (miserandum) *opulentiâ* (ridendum) *eruditione* (mirandum) *acumine conspicui* (suspicandum) *in Spagyricorum* (quidni mageiricorum?) *prouincia per tot* (quot?) *annos militârunt*. Cum commilitonibus hic egit anteà; nec phrasin variat; & verè Sup. pag. 99.

*Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido*: Ou art. am. l. 1
sed *Turpe senex miles, turpe senilis amor.* am. l. 1. el. 9.

Nunc autem *Nos*, non milites (puto) gregarij, an publicani, an lictores, imò Quæstores Verres ærarij in plumbea *prouincia*, quâ διαπρᾶν in vsu magis, quàm ἀγωνίαν, non tam strenuè *militiam*, quàm subdolè malitiam exercemus. At

Hic.e.3.& 1. illi quid conuasârunt? *fruſtrà & inutiliter deſudârunt.* Has minas eiſdem terminis hic anteà obiecit ſibi; nunc alijs communicat. Annon, vt *fratres Anglicani*, poſt *tot annos in prouincia*, lucrati ſaltem *ſapere atq; pœnitere? Deſudare*, efficiens; *inutiliter*, forma; *fruſtrà*, finis Alchymiæ; quæ in arena ſeminat, arenam metitur, & arenam metit. Opera, non ἀχαρπος, ſed ἀκαρπος, non σχολῆς, ſed χολῆς. Opera, non ἄτορα, ſed ἄτοπα, non ἀτεχνίας, ſed μανιοτεχνίας. Quod de his ſenſit, ex his quos hic dicit, quem inſtar omnium appello, Comes Treuiſanus; cui *Chymia facultates dilapidat, laborum, nominis, & famæ iacturam facit*: ideoque percuſſus monet, *Fugite ſophiſticationes Alchymiſtarum nequam, & quoſcunq; alios, qui iſtis fidem adhibent*: adeoque addit, *ſublimationes, coniunctiones, ſeparationes, congelationes, præparationes, diſiunctiones, connexiones, aliaſq; deceptiones omnes*: & pro corollario, *Qui lapidem vidit, is pariter credat.* Quis vidit? quis credat? Sed de his Chymicorum nepotibus ſeu triumphatis ſpolijs, quos hic hoc loco innuit, Treuiſano Comite, Vidamo Chartrenſi, Zacharia Pariſienſi, Ducibus Saxoniæ, Hetruriæ, & alijs, locus fortaſſe dabitur dicendi alius. Etſi *nobilitate, opulentiâ, eruditione, acumine conſpicuis* exprobrare, *in hac prouincia* quòd *militârint*, ſed *fruſtrà deſudârint*, ab humanitate tam ſit alienum, vt pares poſthâc ab hoc caueant, & pari contumelia. *Mirum* fatetur interim, quin dicat monſtrum,

Dur.Paſc.Au. Pol.

Treu.Alc.præ part.2.

Moreſ.met.p 120. 21. 105.

Perſ.ſat.1.28. (*Nam pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier, hic eſt.*)

Cic.Roſ.Amer. *quòd hic* (non loquitur vt Chriſtianus, nam) *non electus, ſed* (rhetoricatur vt adoleſcens Cicero, nam) *relictus ex omnibus, qui minimo ingenio, id ſibi polliceatur*

Perſ.ſat.3.65. (*Sed quid opus Cratero magnos promittere montes?*) *quod inſtructioribus non eſt conceſſum.* An *relictum ex omnibus*, cui quid præ *omnibus conceſſum* dicit? an

*Mopſo Niſa datur?*

Vir.ec.8.26. 108. *-- an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt?*

an

an hi *Quibus pollicentur thesauros, ab his aureos ipsi petunt, impudentes harioli?* Sed etsi illis ex illo non exoptem, Cic. div. l. 2. Enn.

Ὡς ἀπόλοιτο ᾗ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτα γε ἔρζοι Hom. Iliad.

huic tamen ex illo ingeram,

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ἅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων. ib. 9. 106.

Si Treuisanus, Crollius, *alij multò melius instructi*, destructo opere, delusâ operâ, *sudarunt inutiliter*, & oleum & operam perdiderũt, Doctorculus minutulus spirat sublimia, sperat, imò spectat, imò iactat, id opus magnũ, maius, maximũ? Olim quod obtinuit, quin tenet hodie? Si non valet id quod maius, non valebit id quod minus.

*—si Pergama dextrâ*
*Possent defendi, Hectoreâ defensa fuissent.* Virg. Æn. l. 2. 291.

*Relictus* id nũ poterit, *eleitus* quod non potuit? *Instructis nõ concessum*, num inermi cedit? Hic ergo *impostura* quî se eximet *eximia*, ne *rens* non *existimetur* modò, sed iure peragatur? qui si se putat scire quod nescit, planè *imponit* sibi: si sciat *aurum* non inesse, quod venditanti credit emptor, emptori *imponit* turpiter: nisi nunc tollatur *impostura*, cum proclamatur, Caueat emptor; id enim sonat, *rens existimor*. Ego, vt ille apud Sophoclem,

Οὐκ ἂν περαίμην ὧδε τὸν λόγον βροτῶν, Sop. Aiacr.
Ὅστις κακοῦσιν ἐλπίσιν δεδουλωται.

Sed en quàm malè iterum atque iterum procedat huic rhetorculo parum rhetorica anticipatio: vt suis captus laqueis, non sit soluendo, vel ad assem. Hinc quò se vertat nescius, extra se positus, rei ac spei perditæ, exclamat miser homo; *Quid iam agendum?* Si prorsus actum de homine, si perijsset funditùs, si iam indendus collo laqueus, si gula elidenda, non eiulasset aliter; *quid iam agendum?*

*Quid loquor? aut vbi sum? qua mentẽ insania mutat?* Virg. Æn. l. 4. 595.
*Quid agat?* quid non agat? qui Deus appellandus? quæ ara fidei? quæ spei anchora? salutis quod sacrarium?

*Et quid iam superat misero?—* l. 12. 873.

Eheu detegitur: larua detrahitur. Si *quid agendum* consulam, confiteatur denique, confiteatur, suadeam: personam ponat ludicram.

L.2.354. *Vna salus victo, nullam sperare salutem.*

At impeditus, *vt se expediat*, agit; non satagit. Nec enim pedes modò, sed caput his compedibus implicuit: nec modò fortunas in discrimen, sed famem & fidem in *crimen* adducit imprudens suas. A *crimine* sufficiat si se expediat; à *suspicione criminis*, sat est, si vxor Cæsaris. Id *crimen quantum*? quantum Chymistæ indies promiscuè, non audent tantùm, sed student committere, impunes & immunes, & πλανοὶ ἀνὰ τὸ θυρεόν. At hic *scit* (an è Seuerino discit, ex eo enim dicit) *quantis fluctibus se obiecerit*. Quin ergo illi occinam id ex Horatio?

Hor. l.1.od. 14.1. *O nauis, referent in mare te noui*
*Fluctus? ô quid agis? fortiter occupa*
15. *Portum. tu nisi ventis*
*Debes ludibrium, caue.*

Eurip. Oreſt. An hic (quod velim explicet) γαλῆν γαλέᾳ; an sperat γαλεὸν, Galenus cui non spirat? Annon huic *fluctus*, luctus?

Plat. annon huic animus, vt mare, *fluctuat*? annon Chymistæ κύματα sunt κύματα, adeoque τριτυμίαι; *Sed esto*; inquit;

Ou. Met. l.11. *Esto: sonent clamore viri, stridore rudentes,*
*Vndarum incursu grauis vnda, tonitribus æther.*

Virg. AEn. l.1. 122. *Apparent rari nantes in gurgite vasto.*

Ou. ib. adeoque *Deficit ars, animiq; cadunt; totidemq; videntur,*
*Quot veniunt fluctus, ruere atque irrumpere mortes.*

Lucan. l.5. 645. *Artis opem vicere metus, nescitq; magister*
*Quam frangat, cui cedat aquæ.*--

imò pronunciat,

574. *Desperare viam, & vetitos conuertere cursus*
*Sola salus.*-- sed an

Vir. ib. 119. *--excutitur, pronusq; magister*
*Volvitur in caput, atq; illum vorat æquore vortex?*

*Anne*

*Anne ſuper medios fluctus niger arcus aquarum* Ou ib. 570.
*Frangitur, & merſum ruptâ caput obruit vndâ?*
*An pater amiſſo fluitantem errare magiſtro* Vir l. 5. 867.
*Senſerit ipſe ratem, caſu concuſſus amici?*

Imò hic, non compoſitis, nedum egeſtis, ſed *ſuperatis fluctibus*, acſi pluſquam Neptunus, pluſquam gubernator,

*Dum ſe deeſſe Deis, at non ſibi numina credit,* Luca. ib. 499.
*— quem numina nunquam* 582.
*Deſtituunt, de quo male tunc fortuna meretur,*
*Cum poſt vota venit,—*
*— non in ventos impendit vota, fretumq́,* 491.
*Fluctibus erigitur, cælumq́, æquare videtur.* Ouid. ib. 498.

Imò nouitius iam nauta redditus, ſub Nauclero Seuerino, cuius hæc inſolens metaphora, *leuiori poſthac vtetur remigio*: quum armis non proceſſerit, pugnabit pugnis: *eſto*: obſiſtant venti, vndæ, vela; obſtabit *remigio*, eoque *leuiore*.

*— aduerſo vix flumine lembum* Vir. Geor l. 1.
*Remigijs ſubiget.—* 201.
*Atqui illum in præceps prono rapit alueus amne:* 203.

ſaltem *Vela madent nimbis, & cum cæleſtibus vndis* Ou. ib.
*Æquorea miſcentur aquæ.—*
*— non ne vides, vt Nudum remigio latus?* Hor. l. od. 14. 3 9.
*Non Dij, non tibi ſunt integra lintea.*

At *vt ſoliberet* (qui ſeruus, ἐκ δουλοσύνης ἀνυμνος) *ab omni ſuſpicione* (à quâ quiſquis omninò *liber*, non in viuis) audite ſuperi, inferi,

(*Partem aliquam venti Diuûm referatis ad aures*) Vir. ecl. 3. 73.

quid huic ſit *in votis*, *vt nihil magis*; ne ſalus quidem animæ.

*Ne tua ſint timeas vota modeſta parum.* Ou. triſt. l. 3. el 8. 18.
*Magnaq́, numinibus vota exaudita malignis,* Iuu. ſat. 10. 111.

Sit *votis* locus, vbi nullus ſpei. Etſi *non multum* mox *ſolicitus*, *vt hiſce viris bonis ſatisfaciat*; nunc tamen *in votis* habet, *nihil magis*,

(*Quæ niſi ſeductis nequeat committere Diuis*) Perſ. ſat. 2. 4.

*quàm*

*quàm vt tres, quatuor, aut plures* (in quorum ore constabit omne verbum) iique *aduersarij* (habet hic *aduersarios*, & meritò, quòd mutuò) *constituantur* (à quo? quo loco? quatenus?) *spectatores* (*otiosi Leuctricæ calamitatis*) imò *huius mysterij*, quod nec fas est spectari, nec ostentari facile ab isthoc mystagogo. At *totidem cum illis alios* (theatrum *totidem* vt impleant) *iudicio æquè maturo* (cuius hic *index* tam *æquus*, quàm *maturus*) *sed paulò mitioribus ingenijs* (tam *mitibus*, tam mollibus, vt nulli obstent) *vnà* (pro imperio, an pro voto?) *adesse, interesse* (præstatas, non præesse præstatas, epistatas) *rei gerendæ*: quando? *Vota* audiuimus, nonnunquam nonnulla mala, improba, nonnulla stulta, temeraria, sed quàm ista magis nulla.

Cic. off. l. 2.

Mart. l. 11. ep. 81. 6.

*Optare vtrumque pariter, improbi votum est*;

ait Epigrammatarius. Sed vt idem alibi

l. 8. ep. 72. 7.

*Votis quod paribus tibi petendum est,*
*Continget locus ille, & hic amicus:*

imò iam contigit, vt enarrabo. At *votum* expleat, vt se Dijs Manibus deuoueat. *In horum conspectu* (nisi continuo, falli facile: num opus fiet subitò?) *nisi effectum dederit* (effectu quod carebit) *quod in se suscepit* (id fortè fallere, præstigiari, circumscribere) *ac re compleuerit* (sed nulli rei) verbis iam initum mysterium (iniquitatis, an mechanicum? sed κατὰ χρῆσιν) *nullam infamiam hic deprecatur*. Nunc si vultis deprecari huic seni, ne vapulet,

Plaut. Asin. epil.

*Remur impetrari posse.*-- si pro *infamia* audiat consilium, siue Archidami,

Arch. fil. Plut.

*-- aut animo demas, aut viribus addas*:

siue Horatij,

Hor. l. 2. sat. 5. 26.

*Aut spem deponas, aut artem illusus omittas.*

Sed si cui honesta videatur hæc oratio, æqua optatio, etsi nec hanc defugimus, nec *examen publicum* renuimus, non tamen actum agimus, sed *rei* gestæ, non *gerendæ*, breuem historiam ex Actis seu Annalibus Collegij promulgamus.

Ann. Col. l. 6 d l. Iuam.

Superiore

Superiore Anno, Aprilis eodem die, quo Mutinensi bello ab Augusto profligatus Antonius, comparuit hic Doctor coram Præside, Censoribus, Collegis ornatissimis, tum studiosè assidentibus & Illustrissimo Barone Thomâ Kniuet, & tribus præclari nominis ac ordinis Equitibus, & eruditis alijs. Hinc inde itaque à pluribus sunt agitata plurima de huius medicamenti qualitate, circumstantijs, effectibus. Censores demum, re accuratiùs examinatâ, de Auro hoc potabili, nec modum præparationis, nec dosin repetitam, nec tempus exhibitionis, ratione & sui, & vehiculi, & morbi, probari satis posse, aut ad salutem, aut ex arte, censuerunt. Censuram auditis *publicam*; nec ei acquiescitis? Imò, vt prudentissimus *Brissonius* Præses Senatus Parisiensis, *partim inquirendæ veritatis, partim boni publici studio, curationi interfuit* susceptæ, non præstitæ, in leprâ laborantẽ, ab *impostore magni nominis Ballisio Chymico*, pòst *vrbe pulso*: sic Epictetus ille Aulicus (vt olim sensi) inter nobiles philosophus, inter philosophos apprimè nobilis, honoris nomine quẽ sẽper venerabor *Baro Kniuet, cui nec facilitas authoritatem, nec seueritas amorem minuit*; id solum habet rationem, quod habet iustitiam; quod salutare non est publicè, id est priuatim alienum: hic (inquam) Custos honoratissimus monetæ Regiæ conficiendæ, magis an φιλοχρυσος, an πολυχρυσος vix dixerim, eodem studio & veritatis & boni publici, vt habet κυνηγέσια vel Anhaltini Principis, vel Comitis Mauritij, vel Lantgrauii Hassensis propè paria, sic operi dignatus præesse, interesse, auri obryzi ferè vnciam Doctori huic concredidit adoperandam. Hic suâ methodo, suoque *menstruo*, id *calcinauit, soluit, disrupit, distillauit, per alembicum eleuauit*. Cautus cordatus Baro, adhibitis affini sui nominis perspicacissimo Anthonio Kniuet, & in rebus metallicis ac philosophicis versatissimo Russellio, recepit aurum integrum, primò duodecim granis deficientibus, tum sex recuperatis, amisit denique vix duo granula,

Ann Coll. Lond. l. Exa. Apr. 14. 1609 f. 3.

Ouid. Fast. l. 4.

Riol. fil. eram Bauc. p. 159.

Blin. Panegyr. Tac. Iul. Agr.

per cineres aut calcem diſſipata. Quantillum igitur hic *auri* ineſt? Si id reductum protinus, hoc *irreducibile* quâ fronte dicitur? En à perſona publica *examen publicum*. Nunc eat, *petat* aliud, & *ſpectatores* alios, ſeu *aduerſarios*, ſeu *mitiores*. Piſcator ictus nondum ſapit: Phryx bis victus, nec dum ſentit: ſecundò fecit naufragium, Neptunum cur accuſat? bis ad eundem lapidem, annon ſat pedem offendiſſe, niſi impingat caput? Euaſit ab *examine*, acſi ab antro Polyphemi, hic ὁ Οὖτις ἐξῆνδε ſi volet, redeat, vt pilcum vel zonam repetat. *Quod ſi non impetrauerit* (ſi ſaperet, non imploraret vt exploraretur, nedum ſi poſſet imperaret vt excuteretur) *illud ſaltem optat* (optet ſalutem ſibi, quam non præſtat ſuis) *& quod æquum eſt poſtulat*,

Plut. in Cat. Mai.

(*Quod niſi concedas, habeare inſuauis, acerbus*)

Ho. l. 1. ſa. 3. 85

*vt liberior in poſterum veritati fiat tranſitus*: quò? an in cœlum, vt paternam domum, verè veri patriam? in terras, malim, aditus, per terras iter; nequâ tranſitus, aut exitus,

*— ne terras Aſtraa relinquat.*

Sed quid opus, optet. *Magna eſt Veritas, & prævalet*: quam ſi non ratio, at tempus proferet. Virgo eſt, non violanda; Dea eſt; non cõſtringenda: lumen eſt; non extinguenda: numen eſt; non contemnenda. Verùm Simonidi δόξα (quanto magis Chymicorum παράδοξα vel huius ὑπερδόξα) βιάζεται τὴν ἀλήθειαν, & vt Galenicis ἐν ἀληθείᾳ, ῥᾳθυμία, ſic Chymicis ἄνευ ἀληθείας ἀνθάδεια. Quod ſi Democrito, ἐν βυθῷ ἡ ἀλήθεια, τὸ δὲ ψεῦδος ἐπιπολάζει, hic quod in imo ernet natator Delius, an quod in ſummo ebibet potator pitiſſator? Sed hæc ingenua, vtroque *libera* parente, ab hoc *tranſeat*; & hoc, quo parum eſt ingenij, cum cæteris erroribus. Quin quod ingenioſiſſimus Poeta, & ex illo nonnulli appoſitè, & ſuo genio, & cum ingenio; id hic, & alij

1. Eſdr. 4 41.

Hor. l. 1. ep. 6. 63.

*--remigium vitioſum Ithacenſis Vlyſſei,*

(vt eius verbi verbo ex eadem epiſtola) & ſenſu aſcribunt alio, & loco alieno:

*Quid*

*Quid deceat, quid non, obliti, Cerite cerâ Digni.*— 62.

Horatianum id distichon detortum vidi affixum tabulis nigerrimorum impostorum, in quibus nihil *candidi*, nihil quod *norint recti*, nihil *impertiendum*, nihil *vtendum* cuiuis sapienti.

*Hæc si impostura vllam sapiant, detegant eam eius emuli, aut in posterum semper conticescant. Clam (quod scio) indies me petunt criminibus suis falsis. Sed non est ex omnibus qui me impostura coram redarguit. Indixi bellum apertum: veritas non quærit angulos, nec metuit pœnas. Non sum ego multum solicitus, vt hisce viris bonis satisfaciam, quibus (mehercle) non persuadebo vnquam, etiamsi persuasero. Vobis autem Britannia Magnæ inclyta soboles, qui nobili stirpe nati, verâ nobilitate clari estis, vobis (inquam) hæc scripta sint: vobis & seritur, & metitur: vestrâ interest hæc nouisse. Interest (inquam) quia vestra tunc res agitur, paries vbi proximus ardet. In particularibus insistere nolo. Recordemini tamen mecum (si placet) perisse hac ætate plurimos, quibus Cathartica propinarunt, ipso Morbi statu etiamdum in Naturæ silentio requiescente. Interni enim Morbi occultas habent plerunque generationes atque inuisibiles: iuxta illud Galeni. Partes licet corporis in superficie constituta, vna cum affectuum Idea facile sensibus deprehendantur: tamen qui in imo corpore latent affectus, exercitatum ratione virum desiderant. Sed licet maximè exercitatus sit Medicus, quandoque tamen bonus dormitat Homerus. Indicationes Morborum sæpenumero diu silent, & omnes humani sensus obstupescunt, miramurq; sæpius ex lenibus occasionibus, tantas symptomatum calamitates superuenisse. Quid igitur agendum Medico ineunte Morbo accersito, vbi sensuum subtilitates adhuc deficiunt? Si omninò destituatur ager Medicinali leuamine, deijcitur ille citò ad tristitiam & desperationẽ. Medicus etiam in opprobrium ducitur & contemptum. Regendus fortasse infirmus iuxta præscriptos veterum Canones, rebus temperatis, & temperamento finitimis, quæ vel non immutant corpus, aut si immutant, nociuam impressio corrigi possit facillimè, vt suadet Arnaldus de Villa noua. Sed nec hoc tutum erit consilium semper. Venenosi Morbi sæpissimè infestant: & populariter debacchante Peste licebit cernere, non infimam solummodo plebeculam, sed illustres familias Peste contaminatas, primariosq; Ciues diuitijs affluentes. Pestilentia vis adeò cita* F.A.

de locis affectis.

*eſt, & occaſio præceps, vt nullam omninò admittat moram. Præcipuum ſit igitur in Medico qui ægrotum curat, vt Cor benè defendat; poſtea Morbum ſtrenuè aggrediatur.*

M.G. *Hæc* (ait) *ſi impoſturam vllam ſapiant, detegant eam eius æmuli.* Eodem hic vſus commate, an ſcommate, quum per epiſtolam hunc librum *tranſmiſit* ad Collegium: nam neſcit aliter loqui. Reſponſum inter cætera, nec *impoſturam*, nec hunc *ſapere*, nec ſapientibus imponi facilè. Sin *æmuli* non tam dicantur inuidi, quàm eiuſdem rei ſtudioſi, non probè hic incitat, vt *impoſturam detegamus*, quam nos nec ſapimus, nec deperimus. Vt verò detegamus,

Hic ep. ad Co. Aug. 3. 1610.

Luca. l. 1. 120. Vir. Æn. l. 10. 371.

*--ſtimulos dedit æmula virtus;*
*--quæ patriæ ſubit æmula laudi:*

vt duo Heroici Poetæ cecinerunt. At hic vt *æmulos* ab *impoſtura* (ſuâ Thaide) *pellat*, *quod poterit*, acſi iam maritandus, proclamat, interdicit, *in poſterum conticeſcamus*. Verùm ego

Ter. Eun. act. 2. ſ. 1.

*Quæ vera audiui, taceo, & contineo optumè:*
*Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuò palam eſt.*
*Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.*

act. 1. ſc. 2.

Phor. act. 5. ſ. 7

*Enimuerò voce eſt opus: taceam?* At mitius, modeſtius hoc verbum eſt, quàm quod titulo capituli; quo hic *imponit* (hinc *impoſtura* dicitur; an magis imperat?) *ſilentium* (vt pædagogus pueris tumultuantibus) idque *ſempiternum*, inter vmbras *ſilentes*, loca *ſilentia*, nocte perpetuâ: ſed quibus demum? *oblatrantibus*. Vox hæc canina. Hic magis inter anſeres qui clamare quidem poſſunt, ſed nocere non poſſunt, quàm inter canes, qui & *latrare* ſolent, & mordere audent. Cibaria in Capitolio Romani canibus, vt fures *allatrarent*. etiam in ſuſpicione, præbuerunt. De cane Æſculapij hinc noſtras Aſclepiades,

Virg Æn. l. 6.

Cic. pro Roſ. Amer.

Iun. emb. me.

Do. Iohnſon.

*Laus eſt in mediis, vt cane, fidus amor.*

Columb. anat l. 14.

Hic non ſuffringit crura, non os obturat offâ; ſed neruos, quâ poteſt, incidit recurrentes: id ſi ſciat, vt faciat, at his inciſis,

inciſis, linguâ euulsâ, *ipſo ſpiritu huius libidinem libertas noſtra refutabit.* At *clam* (qui *ſciat* igitur? ſi clament, *ſciat* quilibet; ſin *clam* eſt, non reſcitur) & *indies* (vix poteſt *clam* fieri, quod fiat *indies*) *falſis criminibus* (an criminationibus? an vellet veris conſcius?) hunc *petunt*; annon feriunt? qui nimirum? *impoſturæ emuli*: qui, mirum non eſt, *emulum ſi criminentur*. De alijs, vt illum *petant*, non eſt quod dicat; aut *clam* me eſt, proteſtor. At *non eſt ex omnibus, qui impoſturæ coram redarguit*. Sed erat vnus & alter, qui in os in aperto *arguerunt*, ſi Anglicè intelligat. At hic *indixit bellum apertum*, Cic de.Or. l.3.Craſ. Act.Col.I 6d. Apr.10.1609 Vir.AEn.l.11. 351.

*— fugæ fidens, & cælum terruit armis.*

Οὔτε πῃ ἐν πολέμῳ ἀναφδήμεν, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ. Hom.Il.θ. Vir.AEn.l.10. 811.

*Quò moriture ruis, maiorâq; viribus audes?*
*Adueniet iuſtum pugnæ, ne arceſſito tempus.* 11.

*Chi cerca briga, truoua.*
*Che penuria non fù giamai di riſſe.* Taſſ.Gier. cant.2.ſt.88.

Qui feciales? quæ iura? quæ iniuriæ? quæ pignora? quæ verba concepta *indicendi?*

*— an tibi Manes* Vir.AEn.l.12
*Ventoſa in lingua, pedibuſq; fugacibus iſtis* 390.
*Semper erit? —*

*Bellum indicit*, qui prælium non ſuſtinet? aut prælium, qui ne pugnam? aut pugnam, qui ne conſpectum?

*Aude, atque aduerſum fidens fer pectus in hoſtem.* 370.

Si Medici ἰατροὶ, annon θεομαχοῦσι: ſi non oppoſiti, annon συναμαχοῦσι: vt magnis, annon infirmus? vt multis, annon inſanus? l.8.151.

*— ſunt nobis fortia bello*
*Pectora, ſunt animi, & rebus ſpectata iuuentus.*
*— huic ſera ad fortia vires.* 509.
*— audet ne viris concurrere vermis?*

In Medicinæ fines clanculum incurrere, ac mox excurrere, in eius arces agere cuniculos, per feneſtras irrepere, non portas aut portus ingredi, in coniurationis aream cum

Catilina deuolare, Medicorum Senatum internecioni deſtinare, abſentem votis interficere, ſubmurmuratis diris deuouere, pyxides expilare, ſcrinia compilare, prædæ quàm pugnæ paratior, peritior; ad fugam pronior, in fuga tutior; ad rebellandum, quàm ad bellandum ferocior, hic fortè audet, et ſi audet poteſt, & vt poteſt ſolet: ſed *bellum* etſi dicit, non *indixit*, nedum intendit, nedum infert, nedum impunè auferet. *Aperto* Marte ſiquid auſit,

Perſ ſat. 2.7. — *& aperto viuere voto,*

age, coram Regni Iudicibus *apertè* confiteri audeat, nobis nolentibus, interdicentibus, contradicentibus, ſe non à nobis examinatum, non permiſſum, non admiſſum, per annos, aut menſes aliquot exercuiſſe Londini medicinam, feciſſe publicè rem medicam, vel *aurum potabile* quibuſuis propinaſſe; citò hinc audiet, an illi audeāt ferre ſententiam, damnare criminoſum, mulctam infligere, pœnam irrogare, feram conſtringere. *Apertè* nos interea tenebriones clandeſtinos, ſtelliones, prædones, aut *allatrando* è latebris protrudimus, aut aſpernando cum Catullo,

Cat. lyr. ep. 5.3 *Omnes vnius æſtimamus aſſis.*

Qui *bellum indixerit*, ne dicat non prædictum, *bello* oppreſſum iri prænuncio. Nec pacem expectet, qui *bellum indixit*. De *veritate* interim, quam ſibi vendicat quiuis hæreticus, quiuis ſchiſmaticus, quiuis mendax (vt *veras narrationes* Lucianus, non eo verax titulo) loquatur hic ſententias tritiſſimas: quòd *Veritas non quærit angulos*, quò tamen ſæpius compingitur: *nec metuit pœnas*; imò non meruit:

Ouid. Pont. l. 1. el. 1. *Sed venit immeritæ pœna dolenda magis:*
*Eſtq; pati pœnam, quàm meruiſſe, minus.*

Ter. And. act. 1. ſc. 1. Sed mater apprimè pia prolem producit impiam, *Veritas odium*: at Diuam, non niſi ζητήτης καὶ ζηλώτης vident. At hic *non eſt ſolicitus* (ſolicitudinis aut ſolitudinis cauſa non eſt iuſtior, quàm *non eſſe ſolicitum*) vt viris bonis ſatisfaciat: non eſt ergo *vir bonus*: at *hiſce* dicit ironicè: heu ὦ ἄνδρες Socratice;

heus

*heus vir bone: bona verba quæſo*: ſi dicas & optimos in ſuo genere, non irridentur. Quibus verò *ſatisfacere φιλιάτροις* ad ſũmũ ſtudeat, ſi non Archiatris? At his *mehercle* (iurat prophanus) *non perſuadebit vnquã* (— an *in hoc Suadela Venuſq;* *Suada in labris ſeſitat? — Suadæq; medulla?*) *etiamſi perſuaſerit*: dixiſſet, *ſuaſerit*: nec enim *perſuaſerit*, etſi id vulgò dictum, quicquid *perſuaſerit*, id non perſuaſum mihi. Illis *perſuadet* ratio, non oratio: *πείθει ἔθος, οὐ λόγος*. Etſi sc. 2.

Cic. clar. orat.

Eraſ. adag.

*χρυσῦ λαλῶντος, πᾶς ἀπραγτείπει λόγος.*
*Πείθει γὰρ ἡδέως, κ̀ πόρνας μὴ λέγων.*

Vt illis tamen *perſuaderet, examen*, an certamen, Horatianum ſaltem expectauimus:

*— detur nobis locus, hora,*
*Cuſtodes; videamus vter plus ſcribere poſſit.*
*Sed ſcribat rectè: nam vt multum nil moror.—*

Hor. l. 1. ſat. 4. 15. 13.

At *nobilitati Britannicæ hæc ſcripta*: an Aulæ, non Scholæ nata? an cum iudicio lectiſſimis iudicibus? an - *δῶρα πλουτοῦσιν πόρνης*; an - *διδὺς ἀστεῖα δοκεῖ*; an

Eur. Arch. Plut. Ei. Delp. Mart. l. 4. ep. 14. 13.

*Sic forſan tener auſus eſt Catullus*
*Magno mittere paſſerem Maroni?*

At *illis & ſeritur & metitur*. Sementem & meſſem pariter an illi faciunt? an facit medicus non medicis, colonus, an famulus? *Illorum hæc noſſe intereſt*: an quiduis pulchri aliud? an huius *hæc* docere, quæ vix nouit? Sed

*(Si licet exemplis in parvo grandibus vti)*

Ou. triſt. l. 1. el. 3. 35.

Proceres de capite ſi iudices appellent Pares; quin de cenſura medicinę filius ad Patres prouocat? An hic, vt Alcibiades, ne matri credat calculũ, ne nigrũ ferat? At *vobis (inquit) hæc ſcripta*; quin ergo concluſa vt à Chymico?

Plut. in Alcib.

*Tunc ores pro me, nam talia ſcripſi ego pro te.*

Car. chy. art. tranſ.

At Aulicorum *(inquit) intereſt*, quod è Poeta, quaſi auro, diſrupto,

*Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.*

Hor. l. 1 ep. 18 84.

*Ardentem parietem* quem innuit? quem illis exprobrat? quin ſibi

ſibi potiùs id *proximum.*

83. *Ad te pòſt paulò ventura pericula ſentis?*

*In particularibus non vult inſiſtere:* id ἄτοπον, ἄπειρον, ἀπεριόριστον, etſi *particularibus* mederi Medici, & ἄπειρον, non ſpeciei; Anthonio, non homini. Hinc *recordari* monet *periiſſe plurimos*; quod nec eſt cordi, nec mirandum, nec memorandum nimis: ſed quos, ſi Dijs placet: *quibus Cathartica propinàrunt:* qui nominatim? Empirici Chymiſtæ (ſuſpicor) qui panchymagoga venditant, ſeu pilulas Palmarij: nec tamen *propinàrunt:* nam cauent ſibi, ne præguſtent. De alijs quos dicat neſcio. Sed quando iſta? *ipſo Morbi ſtatu etiamdum in Naturæ ſilentio requieſcente.* Ecquis Medicus ſic loquitur? nedum ſic labitur? Καιρογνώστης cenſebitur, aut noſſe tempora, vel ἐν ταῖς νόσοις ſex particularia παροξυσμῶν, vel τῶ ὅλω νοσήματος quatuor vniuerſalia, qui *Morbi ſtatum* ſuppo-

Sen. contr. l. 1. præf. nat *requieſcere?* aut *Naturæ ſilentium in ſtatu quieſcente?* Mittatur ſenex in ſcholas; ait Senior Seneca.

Eurip. Bacch. Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ,

Gal. tot. morb part. mor. temp. aut παραχμάζων παραχμάζοντα περὶ ἀκμῆς. *Status Morbi* cum dicitur, in ſummo intelligitur, ſeu præcipitio, ὅτι τῶ μεγίστω μεγέθει, ὀξύτατον, ἀκριβέστατον, σφοδρότατον, etſi ἰσότης ὁμαλότης, μετὰ ἐπὶ ὀλίγω ἐπί τινα χρόνον, non tamen ἀτυχία, ἀπάυσεις, ἀπυρεξία, *Nulla quies operum.*— ſed στάσις, quæ potiùs στάσεως τὸν tumultuariam ſeditionem aut bellum inteſtinum

Cril. l. 1. & 3. opt. ſect. typ. ſignificet, quàm ſtationem aut ἀκινησίαν. Nam ἀκμὴ, quaſi ἀκὴ, cuſpis eſt, mucro eſt, fodit, perforat, tranſuerberat.

Vir. AEn. l. 1. Geor. l. 4. Ἀκμὴ ἀγῶνος ἢ ὁδόντος: ἀκμάζει πόλεμος. *Feruet opus - an flagrat.*

Hip. aph. ſect. 2. 30. Περὶ τὰς ἀρχὰς ἢ τὸ τέλος πάντα ἀσθενέστερα, περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρότερα Hippocrati. *Natura* igitur, cum vrit, vrget hoſtis, cum furit turget morbus, παντόχειρ ἰὼ δεῦτε;

Vir. AEn. l. 1. 676. l. 4. 267. *— tanto ceſſabit cardine rerum?*
*— rerúmne oblita ſuarum?*

*ſilet*, an eiulat? *Inclamat ſocios?- quieſcit?* an ſe excitat? incitat, accingit, accendit, agitat? ſuccumbit oneri, an incumbit

bit operi? ſedet, cedit, an cædentem cædit? Imò in principio validior, ſed *queſcit; in ſtatu* fatigatior, ſed pugnat: cum pugnat, poteſt vincere; dum *quiescit*, non potuit. Oppugnat itaque *in ſtatu* ſtrenuè, expugnat fœliciter quandoque & cauſam valentiſſimam, humores concoquendo, & morbum validiſſimum, concoctos ſeparando, & atrociſſima ſymptomata, ſeparatos expellendo: pugnat pro viribus, repugnat quantum poteſt. Sic *quies* & *ſilentium* huic fingitur, vbi & morbus maximus, & putredo maxima, & ſymptomata maxima, & concoctio maxima, & pugna acerrima, & ſumma omnia. Sed hic quî probat *Cathartica tum propinata*, vel *ſtatus quietem*, vel *Naturæ ſilentium? Interni enim morbi occultas habent generationes.* Nec illud hinc ſequitur: nec quiſquã Medicus ſic loquitur: nec *internorũ* αἴτια tantummodò quæ ἐνδοθὲν ſed & quæ ἔξωθεν, nec modò ἄϋλα, ſed πρόϋλα, nec πρωτόγονα, σωματικὰ, ſed πρωταιτιακὰ indagant, agnoſcunt, dignoſcunt noſtri Medici. Nec video, vt hoc ſit *inxta illud Galeni*; nec cur hîc *Galenum* & ſemel & ſolum citet loco aſcripto. Quòd citet, facit vt decet medicũ; quòd citet librũ, nec è ſex quotum, nec quâ libri parte, non facit vt candidũ ſcriptorẽ decet: quòd citet ſententiolã è prima pagina nec integrã, nec integrè, vt primis labris *Galenum* deguſtârit, non intellexerit, non examinârit, hic oſtendit. Quod ille categoricè, hic hypotheticè; ille ponit, hic ſupponit; ille præcipit, hic excipit. *Licet* id auferat quod interponit, abſque hoc *tamen* ſenſus conſtabit. Sed & illa ἐπιτολῆς, & iſta κατακεκρυμμένα, non modò ἰδίαις huic ſunt βέλτιον, δεῖ τοι μὲν γὰρ γνωσόμενον τὸν λογισμὸν ἀσφαλὲς, hic ἀδύνατον, non modò ἐν τοῖς ἐναργείαις ἐξ ἀρχείας τῆς μορίου, ſed & ἐν τῇ κεκρυμμένῃ τέτων ἀναπομῇ. Galeno conſultiſſimè requiritur, quæ huic non adeſt, ratio.

Gal-mor.ca. c.2.

Gal.loc.aff.l.1 p.1.

*Nam neque decipitur ratio, neque decipit vnquam,* vt diuinat Manilius. Huic autem *licet maximè exercitatus Medicus, quandoq; tamen dormitat.* Huic *licet* iterum abuti illis

Manil.Aſtr.l.2

liceat Grammaticorum exceptiuis, ne tamen libeat abuti iterum emphaticissimi Poetæ versu, quem sanè nondum intelligit. Nam vt Poeta de Poeta, sic medicus de Medico

Hor. art. po. 359. *Indignor quandoque bonus dormitat Homerus.*

358. sed Chærilum *Hunc bis terue bonum cum risu miror*— A Stephano interpretari discat, non à vulgo. At quorsum ista? quî cohærent? Nempe *indicationes morborum sæpenumero diu silent*. In morbis dicit, an *morborum*? quod Seuerinus

Seu. Id. me. c. 15. p. 379. *refrigerationum* an therapeuticas? an diagnosticas? Illæ multiplices; hę pauciores. Ἔνδειξις dicuntur, nec ἐνδείκνυται; *indicationes*, nec dicunt aliquid? *Silent* non intelligenti: intelligenti loquuntur clarâ voce. At *omnes* huic *sensui obstupescunt*: hinc surdo narrant fabulam, ostendunt cœco σφάσιν.

Hor. l. 1. sat. 1. 90. — *vt siquis asellum*
*In campo doceat parentem currere frænis.*

l. 1. ep. 6. 1. *Miratur sæpiùs* (*Nil admirari*:— nisi hinc sequitur philosophari: *mirari* arguit nos causas ignorare) *ex leuibus occasionibus*: non est *mirandum occasionem* esse motu, momento, leuissimã, cum sit ἀνάμιμος, ἀχμὴς πόδας ἀξύτερος, ὠκύτερος, insistat rotulæ, gerat talaria, manu teneat nouaculam. Sed acsi tactu *leuis* mirè scribiur,

Posidip. ep l. 4 Auson. ep. 13.

Hor. l. 2 sat. 7. 87. *Externi nequid valeat per leue morari*:

nisi de *occasione. fronte capillatâ, pòst caluâ* scripserit, eiusq; *leui* occipitio, è suo leui sincipite. Sed quid inde? *symptomatum calamitates*: quas inferant, nõ ferant ipsa. Nec enim Seuerinus dicit *symptomatũ*, sed innuit (opinor) ægrotantiũ. At illa vnde? *superueniũt*. Nec hęc *miratur* Medicus, qui nôrit, prænôrit, dignôrit ἐπιγινόμενα, ἐπιφερόμενα, συμφέροντα, παλιγκαμπτοῦντα. quę ne de nomine Chymistæ nôrũt; nedũ vnde veniãt, quid velint, quò vergant, & in quo terminẽtur. *Quid igitur agendum* (idem interrogat, cui respondere noluit, quũ interrogatus) cui? *accersito Medico* (ne veniat, non vocatus) quando? *ineunte Morbo*. Quid si *agendum* nihil? nam *cocta*,

Seuer. ib.

non

*non cruda medicari.* Quid si *agendum* maximè? in peracutis ἀνθήμερον, materia si turgeat, vrgeat, κινεῖν, κενῶν. Sed hoc *agat* ἰυλαβὴς, εὐλαβὴς Galenicus, quia προξυκρινήσας, προμελετήσας, non Empiricus ἀνεξαπάτητος, quia ἀπρόσκοπος. At *ibi sensuum subtilitates deficiunt*: vbi priùs Seuerino *obstupuerunt*. Verùm *deficiunt*: an hûc? nec enim hîc sentio *subtile* quicquã, vix in quo *sensus* aliquis: an ægrum, cui *sensus* doloris, dolor *sensuum* tum acrior, tum penetrantior, ergo *subtilior*: nec si facultas naturalis *deficit*, mox concidit vitalis, in qua spirituum, vel animalis *deficit*, in qua *sensuum subtilitas*. Si primo impetu *sensus deficiant* Hastati, Accensi, Principes, ægrè reficias, resistas ægriùs cum ventum ad Triarios. Nec dum hic docet *quid agendum*; nec an *agendum* quidem; nedum quo modo vnquam. Sed si *agatur* nihil, *si omninò destituatur ager Medicinali leuamine:* quid si Natura (*medicus*, si non solus, at summus) sine ascito medico decernit, sanat, seruat? sed nec

Hip. aph. 22. s. 1. 29. s. 2. 101. 4.
Gal. sua. ad art. c. 5.
Seuer. ib.
Hip. epid. l. 6. l. 5. c. 1.

*--Podalyrius aegro*
*Promissam medica non tulit artis opem.*

At *destitutus deijcitur ad tristitiam & desperationem.*

Ou. trist. l. 5. el 6. 11.

*Corpore sic mens est aegro magis aegra, malig.*
*In circumspectu stat sine fine sui.*

l. 4. el. 6. 43.

At *& Medicus in opprobrium ducitur & contemptum.* Videat, ne meritò: si immeritò, contemnat, & cute se inuoluat suâ.

*Non est in medico semper releuetur vt aeger:*
*Interdum doctâ plus valet arte malum.*

Pon. l. 1. el. 4. 19.

Sed adhuc *quid agendum? Regendus fortasse* (fortuita responsio) *infirmus iuxta* (ægrè ferant Latini hunc vsum huius vocis) *præscriptos Canones* (quidni? cũ κάνων regula) sed quorum? *veterum:* non ergo Chymicorum; vix Villanouani. Nec enim horum *Canones* sunt *iuxtà* recti ac illorum, nec ijs *iuxtà regimus* aut *regimur*. Sanè apud Ægyptios *ex publico qui viuunt Medici, secundùm legem ab antiquis scriptoribus & comprobatis traditam curant ægrotei. Si quis normam sacri libri secutus infirmum sanare nequiuerit, omni carci cri-*

Diod. Sic. ant. l. 2. c. 3. f. Lan. l. 2. ep. 80 53. l. 2. ep. 2.

Plut. Gryl. *mine: si præter ea quæ libris continentur, illum curauerit, morte punitur.* Tam Chymici se medicos, quàm Ægyptij venditant: imò ab Ægyptijs Chemiæ artem inuentam vendicant: cur vt eâdem fide, eâdē arte, sic non eâdē lege sunt obstricti? ne scilicet eâdem morte: quia nec facer illis liber, nec libros non sacros (quos tamen licet) cōsulunt. At

Ar. Vil parab. me. doc. 1. è *Villanouani* doctrina seu *canonibus quid* sit *agendum* dicat *mens informata, quæ corporum naturas, morborum species, causarum varietatem, instrumentorum vires nôrit.* At huic *vt possit corrigi facillimè nociua impressio.* Rarò sic quisquam Medicus: nec enim hic distinguit, an πάθος, an πάθημα, an

ff. rer & verb. signif. l. Inter stupr. §. Ver. l. Morb. sontic ἀρρωστεία an διάθεσις, an κακοῦδεια, an νόσημα, quæ vel distinguunt Iurisc ōsulti. At *morbo* (hic ait) *ineunte, rebus temperatis aut temperamento finitimis, agendū, regendū.* Vbi *Arnaldus* ista: Si sanitatis regimē ὑγιεινὸν, vel προφυλακτικὸν, in eo διαιτητικὸν hic dicat, non admodum dissentiam: sin *morbo ineunte, noxam imprimente* θεραπευτικὸν, ex eo φαρμακευτικὸν, fortè χειρουργικὸν, vt primam indicationem à morbo, morbi causâ, & symptomate accepi, sic primum ἀξίωμα *contraria contrarijs curanda*, didici. Ἀναβολὴ, διαβολὴ. Non alam: saltem alterem: quin purgem, cętera si paria.

Hip flat. s. a. aph. 65. s. 7. 10. l. 2. 10 l. 4. Τροφὴ *ex temperatis, temperamento finitimis*, νῦσος τῷ κάμνοντι, δεῖνον ἂν θρέψῃς μᾶλλον βλάψεις. augebis intemperiem, quin & respectu temporis, χρονίζειν κακὸν. At *nec Arnaldi semper tutum consilium*: nedum Antonij; quod nec ipsi *tutum*, nec alijs, ariolatus Cicero. At

Cic in. Ant. Phil. 2. *morbi infestant venenosi* (an ab innato? an assumpto?) *& debacchatur Pestis populariter* (depopulatur πανδήμιος ἐπιδήμιος, an ἐπιδήμιος) *non modò plebecula, sed illustres contaminantur* (*contaminari* parum est, contrucidari miserum) *& Cives divitijs affluentes*: & ad hunc affluent, si, vicus id vt effluat, effecerit. Sed

Hor. l. 1. ep. 2. 47. *Non domus, & fundus, non aeris acerus, & auri,*
(etsi potabilis)
*Ægroto Domini deducet corpore febres*: (nedum pestes)
At *pestilentia vis cita*: omnes βλαβὰς πάθους, an hæc

Ocyor

*Ocyor ceruis, & agente nimbos* l. 2. od. 16. 13.
*Ocyor Euro? Fit via vi?*

an Basiliscus

*Ante venena nocens late sibi submouet omne Vulgus?* Luca. l. 9. 718.

vt venit, vidit, vicit? an canis rabidus, morsu quidem periculoso, sed morte, si citâ, at non certâ. At *præceps occasio*: an vt *Ossaq; dissoluens cum corpore tabificus sæps?* 726.

Capillatam arripiat, alatam deplumet, sistat *præcipitem*, constringat violentam, è manu eximat manubrium, in ipso opprimat articulo, ἵνα τὸν καιρὸν, καὶ λόγον, nam ipsa δεξιοκακία. At *moram non admittit*. Hic ergo ne moretur non morantem: sed nec præcipitet: σπεῦδε βραδέως, εὐτύχως, ἀσφαλῶς, εὖ εἰπεῖν εὖ ὑπερβατῶς, μήτε πεσόντως, μὴ δὲ μετὰ φαντασίης, μὴ τόλμῃ μᾶλλον, ἢ γνώμῃ, sed φαντάσῃ μᾶλλον, ἢ βίῃ. Hippocrati occasiones variæ: ἄσαπτα, ἀνυστατοειδέα ὑπὸ φύσιος, καὶ ὑπὸ τύχης. *Inclinationes maximè momentis minimis*: momenta rerum maximarum vertuntur, euertuntur, puncto temporis. *Præcipuum sit igitur in Medico*, hic precipit non medicus præcipuus, *vt Cor bene defendat*. *Cor* (vix *præcipuum*) quid si non adhuc conturbetur? aut per ἀντιπροδόσιαν, nõ προπροδόσιαν; ex consequente, non primariò? At *cor petunt venena*; & *pestẽ venenis Aretæus comparat*: etsi nec putrefaciunt venena, nec in secundo generant, quale in primo fuerat. Sed annon tam lenta, quàm cita sunt venena? Annon per gradus ad *cor* itur? Annon iter impeditur? Hip. eleg. t. 11 13. 14. de morb. l. 1. art. t. 18. epid. l. 6. s. 2. Cic. in Ant. Phi. 5. Aret. caus. ac. mor. l. 1. c. 7.

*An semper feriet, quodcunque minabitur, arcus?* Hor. art. po. 350.

Annon spectandum in *peste* tam τὸ ἐξὺ, quàm τὸ δριμὺ; annon interna *pestis* seminaria, humor putrescens, & calor putrefaciens? Annon Galeno *febris pestilens, quæ in humore, salutaris*, nisi quid erret aut æger, aut Galenus? Annon cum conuertitur, in *peste* an purgandum, an vena sit secanda, vtrumque intra horas aliquot, quibusdam legibus conceditur? de alijs tam cogitatur, quàm de *Cor defendentibus*? Annon antidotos pestifugas, adeoque cardiacas, non Mercurial. pest. c. 5. Gal. simpl. l. 9. c. ter. Sam. f.

Croll.baſ.chy p.201. modò alias, ſed multo meliores nouimus, quàm *aurum potabile, liquores aureos?* De *cordiali* quidem Crollius (à quo hic hanc ſententiam verbatim ſuffuratus, nec enim profitetur; furtum igitur; licet interponat id *igitur*, quod non concludit) cum agit inter cætera, id ſolum deprædicat, ſed non demonſtrat, *aurum potabile*; & ab his incipit, in quibus hic definit. At *morbum poſteà aggrediatur Medicus*, vterque admonet, hic addit, *ſtrenuè*. Hoc dictum *ſtrenuè*, factum præpoſterè. Nam *morbum Medicus*, primò *aggreditur*: Natura *cor* muniuit: Natura antagoniſta cum Medico, Medicus σύμμαχος cum natura, vt Hercules ἀλεξίκακος cum Theſeo, vt Diomedes *ſtrenuus* cum Vlyſſe

Hom. Il. N. Σύντο δ' ἰεχομένω-- valent quæ volunt: non modò cerebri id Capitolium, aut *cordis* Senatum, aut Vrbem hepatis, ſed & partium ſuburbia propugnant iunctis manibus, hoſtem propulſant vndiquaque, dum extrahit Medicus, Natura pellit. Si quâ hoſtis inuaſerit, auxiliaris Medicus hâc euocat, quâ conuenit: occurrit illi maximè, quod vrget maximè: primò illi ſuccurrit, quod ſuccumbit primò:

Vir. Æn. l. 12. 466. —*ſolum denſa in caligine morbum*
*Veſtigat luſtrans, ſolum in certamina poſcit.*

Suet. Ner. c. 49. Quin ſi iam *Morbus cor aggreſſus*, adeoque ingreſſus, defenſum priùs oportuit; nunc niſi ſerò, inquit Nero: ſerò veniſti Balde. Vt *cordi* quo viuat ſubminiſtrem, ſic *morbum* primò quoque tempore, quâ poſſim, arceam, amoliar, auerruncem. Nec enim facit, ſed nec feret, inducias.

F.A. *Variolæ ſimiliter, Morbilli, & huiuſmodi omnis interna lues, protinus protrudenda eſt ad exteriora, rebus ad id appropriatis, ne venenum Cor ipſum petat, & ſubitò interimat. Omnis autem purgatiua facultas, venenum ad interiora trahit, & amicam ebullitionem (quæ ſit quandoque Naturæ ſolo impetu vigoreq; ſtrenuo) impedit ac retardat, vnde retro fluit infeſtans virus. Triſte fatum decũbenti, vbi ſic delinquitur. Tua igitur iam res agitur quiſquis ſis: venenoſi enim morbi*

*vbique*

*vbique graſſantur, etiam in ipſa Aula Regia; nec hiſce Remediis obtemperant latitantes illi Morbi: Intenditur potius eorum virus. Quanto ſatius ac tutius conſuluit nobis in his Sener. Dana, vbi (inquam) ingruentis Morbi indicium fuerit adeò anceps. Si occultas (inquit ille) Morborum prouincias accedere velimus, internas & conſtantes rerum proprietates ſcrutemur, quales ſunt in ſupremis illis corporibus: Auro, Argento, Gemmis, Magaritis, Corallis: hiſce comitibus, ducibus ac nunciis, occultas Morborum radices inuenemus, & inuentas placide auferemus. Tutum eſt conſilium: acquieſcite in hoc, vt benè ſit cum agrotis veſtris. Sed duplicent hi conatus, requiruntur labores, vigilia, ac ſumptus. Redibit tamen vobis ſemper cum fœnore & labor & ſumptus. Nouas autem curationum Ideas in Medicinam introducere conſentaneum eſſe non iudicatis. At hæc diſciplina antiquiſſima eſt longeq́ veriſſima. Ab ipſo Hermete Triſmegiſta, proximè poſt deluuium originem duxit. Hæc eſt illa vera Medicina quam Dei eloquia laudatam volunt: non autem culinaria altera ars quam plebecula admiratur, quæ tamen nec laborioſa eſt, nec profundè queſita:*

*Auriferos (autem) inter riuos Neptunia Thetis*
*Ducit læta choros, vitreiſq́ exultat in vndis.*

*latenter enim quieſcit in Auro præcipuus Naturæ theſaurus: hunc eruere nos conamur veluti ex imis terræ penetralibus, ad perpetranda miraculoſa in ſanatione Morborum: quem adepti, eccam Medicinam quæ occultos morbos prorumpere cogit, manifeſtos extirpat. Apta ſunt hæc arma & congrua ad quamcunque militiam: tuta, iucunda, & ſummarum virium.*

*Similiter* (in quo vix quicquã ſimile) *variola, Morbilli* (acſi tam *ſimiles*, vt hos pro illis in publico examine hic nominârit: rem ægrè nôrit, curet, qui nomen neſciat) *& omnis interna lues* (quæ ſi dicta, quòd λόες, ſen diluit in nihilum, malè coniungitur cum iſtis mitioribus cutaneis) & hæc & illa *protrudenda protinus ad exteriora. Pian, piano, và ſano.* Num & interna apoſtemata, inteſtinorum aut pulmonum vlcera: an ἔνθα ἂν μάλιστα ῥέπῃ, quâ tepit, quò & quâ ducit maximè Natura, per loca magis conferentia, ſuperiùs, inferiùs, vt egerenda egerantur; adeoque ſanentur potiùs quædam inte-

M.G. Hic in Coll. Apr. 10. 1609.

Hip. aph. 21. ſ. 1.

interiùs, quàm *protrudantur exteriùs?* Quid ſi erumpunt ſatis *ſolo Naturæ impetu*, vt ſæpiùs? quid ſi concomitetur febris ſynocha, concluſa, impetuoſa, vt ſemper? quid ſi febris patet, *lues* latet? quid ſi in corpore plethorico, cacochymo, aſtrictâ nimis aluo, viribus ſatis conſtantibus? nunquámne aluus ſubducenda? ſed leniter: nunquámne tundenda vena? ſed leuiter: ſempérne *protrudenda & protinùs?* Diſtingue tempora, perſonas, cauſas, loca. At quibus machinis, ferramentis, vectibus *protrudet* faber? *ad id appropriatis:* quò? ad cutim: quæ illa? an ſudorem mouentia?

P. Per. in Paſc. l. 2. c. 10. ſch. vlt. f. Hoc nomine Amatum Pereda Luſitanum Hiſpanus damnat erroris, quòd vt externos illa, ſic & *internos aperiunt meatus, vnde periculum, ne humor ad interiora recurrat.* An alia hidrotica, quàm noſtrorum ficus, flores, ſemina, granata, citria, ptiſanaria, cardiaca? An ſuorum diaphoretica è mineralibus, à quibus caueant, ne & ſudor diaphoreticus? An *aurum* denique *potabile*, quod ſi ſit *protruſuum*,

Hic. c. 7. quo modo *vrinam ſiſtit, vomitum compeſcit, medetur dyſentericis?* At quorſum iſta? *ne venenum Cor petat.* Vtrum petit, petitur? Id proprium venenis, vt cor petant. Vbi *venenum* priùs? in venis? in partibus? an in humoribus? Dic, quibus? & an *venena* omnia, quæ venenata? At *ſubitò interimet.* Non ea vis *veneni* cuiuſcunque: & præcipitia, & tarda nouimus: quædam annihilantur: minuuntur quædam: pleriſque ſunt antidota. At *omnis facultas purgatiua* (eſt & à bile naturali, & à Naturæ expulſiuâ *facultas purgatiua*, non modò cathartici

Gal. fac. nat. l. 3. c. 6. cis à medicamentis) *trahit* (*quod trahit, eò trahit, vt attracto fruatur*) *venenum* (id nunquid trahat, vt eo fruatur?) *ad interiora*; interiùs quod antè fuerat. *Purgantia* an *attrahant*, an pellant, dubium: an introducant, an *protrudant*, magis. ἐκκαθαρσις & ἔκκρισις vt differũt? an quòd hęc à natura, ſed illa ſit ab arte? Inter ἐκκαθαρτικὰ & ἐκκριτικὰ vix hic diſtinguat: nedum inter ἑλκτικὰ, ἐπισπαστικὰ, & διαφορητικὰ. De via conueniente vacuationis, ne ſit deuia, aut à Naturæ methodo,

vel

vel artis ἐφόλκιον planè auia, ſumma eſt quæſtio, ſeu ſumma quæſtionis. Quin ſi *trahunt purgantia*, ad eam *trahunt* regionem, in qua mouent, mouentur, commorantur ipſa: in *Cordis* regionem non ingrediuntur, ſed à ventriculo ad ſedem progrediuntur continuò: ad *Cor* non *trahunt* igitur, ſed inde *protrudunt* magis. Quin alexiteria vt *trahunt* manifeſtiùs, ſic *Cordi* propiùs aſſumpta, illincta, eò *attrahunt*: verendum magis igitur, *ad interiora* ne *venenum trahant* huius antidoti, quò manus conſerant, congrediantur, colluctentur. Malim, vt mali pulſor, & ſecundùm ἐκβολος, ſit bolus *purgatiuus*, quàm antidotus προπτικὸς ſeu retractor. At *ebullitionem impedit amicam* ſcilicet. *Amica ebullitio*, quæ ſeges, ſedes, fons, & fomes mali? Ebullit quidem ſanguis, ſeu menſtruus, ſeu ægri feruefactus: feruor præter *naturam*, & à feruore *ebullitio*; ſed hæc *naturæ* odio, ſeu onere, ſeu opificio, ſeu beneficio. *Naturæ* opera non *impedienda, retardanda*; quin magis promouenda, maturanda: quo nomine, maturè dico, non præproperè; opportunè, non importunè; ἐυκαίρως, non ἀκαίρως. Nedum augendus feruor, reiteranda ebullitio, addendum oleum camino: cum ſatis *Natura* elixârit, aſſare ne pergat medicus. *Auro* autem *potabili* intempeſtiuè ingerendo, annon ex *decuplo vini Hiſpanici vehiculo* augetur flamma? annon increſcit inſurgens *ebullitio*, ſin deferbuerit, reiteratur? annon ex diabolico *aceti menſtruo* à peripheriâ ad centrum retrahitur, & *retrò fluit* (vt hic loquitur) *infeſtans virus*? *Triſte* (agnoſco) *fatum* (ab hoc effatum, an inflictum) *decumbenti* (tum fato occumbenti) *vbi ſic eſt delictũ*: non minorante benedicto, cum apparet febricula, nec dum ſuſpicio *variolarum*; non temperatis cardiacis, dum hæ erumpunt; non zulapijs modicè refrigerantibus, cum eruperunt: nam hæc omnia canonicè: ſed huius *auro* demum *potabili*, vel *ebullitionem* nouam excitante, vel intrò *virus* retrahente. Quòd ſic delictum, auditis cauſâ, circumſtantijs, reo, actoribus, Cenſores cen- c. 14. Annal. Col. Apr. 14. 1609.

censuerunt. Huius Aurum potabile si tantum valeat contra *variolas*, hoc hausto sæpiùs cur æger inde non conualuit? Hinc ergo posthac caueat, *cuiuscunq; res agitur*, ne de se *actum* exclamet, cum hinc perit. Hic enim accusat, non se solum, sed solum, & sæculum, quo *vbique grassantur* (acsi nemo immunis) *morbi venenosi*: quo nomine videtur *variolas* maiores innuere, non has minores quandoque salutares, vt vt ex medici vel ægroti erroribus lethales aliquando, nec verè dicendas *venenosas*. At *& in Aula Regia*. Debent huic multum Aulici, quòd labe aspergantur, imò & *lue*. At *non obtemperant* (hoc imperante) *hi morbi latitantes* (qui & hunc *latent*; dum *latent*, vt regar, hic vt eruet?) *hisce remedijs: auro potabili*, aut *è mercurio cum auro pilulis*: de quibus, vt audet,

Virg Æn. l. 3. 314. — *varijs turbatus vocibus hisci*t.

*His potiùs intenditur eorum virus* (inquit) imò tenduntur ægris vasa, sternuntur vires, virtus exoluitur, spiritus inflammantur, vita eripitur. Hîc ergo iterum eâdem phrasi (quâ hic mirè pollet) *quantò satius ac tutius* (tanto hic peiùs ac periculosiùs) *consulit* (Consul horum perpetuus) *Sener. Danus*? Danista de *auro consuluisset satiùs*, vt se satiaret; *tutiùs*, vt illud tueretur. Sed illum *mitto* (vt hic loquitur de Paracelso) quia *Danus* qui crepat *prouincias*, in suas *morborum prouincias*: sed sub Monarchis & semimonarchis. Ille abeat Morboniam, & hic Moroniã. Quod si hic ambiat ridiculus, absurdus, & obscurus dici, ab illo discat loqui vt assolet, & ambit quidem.

Sup. pag. 55.

Lucret. l. 1. 652.

*Omnia enim stolidi magis admirantur, amantq;*
*Inuersis quæ sub verbis latitantia cernunt.*

Cur autem (cum hîc minus, quàm alibi) ex illo hîc citat quod nondum inueni, non citat alibi quod verbatim reperi? Quin *anceps* videtur, an in hoc *iudicium*, qui ferat *iudicium* de *morbo ingruente*, qui propriè in *dextera*, cuius crisis propè nulla, nisi simul & semel, & crudus & coctus, & incipit & desinit. At *tutum consilium hoc Senerini*: cur magis, quã

prius

prius id *Villanouani*? Imò rectum est magis, quod nec hic explicet, nec impleat: & an *consilium*, quo suadetur inscrutabilia *scrutari*? an promissum, quo spondetur ἀνεύρετα *inuenturos*, ἀθήρατα *ablaturos*? At hic consilium adiungit suum (Collegã Cõsulis esse oportuit) *in hoc acquiescamus* (tanquã Laudano Paracelsico) *vt bene sit cum ægrotis nostris*; malè nobis valentibus. At *displicent* (vt olim *Seuerini*) *hi conatus*; quos iterum deprædicat, vt priùs Collegio. Cuius nimirum? non huius, si conetur amens, demens,

Seue.ep.ded. Hic.ep.ad Co.

—*vt cœlum in Tartara soluat.*

Vir. Æn.l.12. 205.

Non Collegio; quod illi ex illo regerit,

Hom.Il.1.Dio

Οὐκ ἀλέγων, ὅς τις μὴ γυνὴ βάλοι, ἠ φαὶς ἀφῆσιν.
Κῶφον γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος ὑτὸ ἀφῆϊ.

At *labores, vigilia, sumptus requiruntur*. In cassum omnia: cassâ nuce non emerim. De his in limine; vt nunc eliminentur. Id dictum interim è Plauto sibi habeat, *Stulti haud scimus, frustrà vt simus*. At *& labor, & sumptus* (vbi *vigilia?*) *redibit semper*: absit, vt *redeat* —*Labor actus in orbem*, acsi Sisyphidis; aut *sumptus redeat*, qui antè profusior, exhausit loculos, emunxit miseros, —vt arenę semina mandent, reti piscentur aureo. Insanitum est nimis. At *redibit cum fœnore*: Hic homo exercet *fœnus*: nepotes perditi accurrite. *Quid fœnerari? quid hominem occidere?* an *fœnus* redibit simul? an fœnerandum maleficium? Si *redit* depositum, *aurum* erat reductile; at frustrà *labor*: si *fœnus* insuper, multiplicationis erit lapis, quo mirum hic Mydas nisi omnia in aurum verterit; aures quoque. Nequid laboret vltrà, ne nequicquam: nequid insumat, ne consumat quod reliquum. Annon hoc montes aureos est polliceri, nil præstare? Annon elixat lapidem, quod vanit? aut lapidem, sed è sepulchro, veneratur, quod superstitiosi? Loquor an lapides? an & lapidibus? At *consentaneum non iudicamus* (ex consensu Areopagitici iudicij) *in Medicinam introducere* (quæ iam deducta ad supremam lineam) *curationum Ideas nouas*.

Hic præf p. Plaut.

Vir.Geo.l.2. 402.

Cato.Cic.off. l.2.

Sup. pag 67. Hom. Il. α. De *Ideis* ex Aristotele iam verbo dixi, quàm otiosæ, quàm nihili. De *nouis*, vt verè dicam, displicent: —οὐκ ἀνδάνει θυμῷ. Nec vero consentiunt, nec *Medicina consentanea*. Vt in *variolis*, si quid nouisset rectiùs, aut huic *indicium* de κεκριμένοις, hic ex Hippocratis *consilio, nec monisset, nec quidquam innouasset*, nec *nouum* incendium excitasset: sic in re medica, ac in republica, Seueri *tutiùs*, quàm *Seuerini consilio huic acquiescat*, μὴ καινοτομεῖν, μὴ δὲ μεταλλαξιν ἐλπίσιν ἀσαφέσιν, μέγαν ἐγείρειν πόλεμον. Ne παρὰ λόγον, Hippocrates & ratio; ne παρὰ νόμον, lex & Ægyptij; ne παρὰ τὰ πάτρια quis medicinam faciat, suaserunt Aristoteles, authoritas, lex, ratio. Τοῖς νόμοις ἐν πόλει, in quauis vrbe, arte, lex legum, regularum regula. Lex Thuriorum, ne veterem quis legem abroget, aut *nouam* rogèt, nisi cui capistrum circa collum, quo pendeat, si non probetur singulis; in medicis ô vtinam obtineàt. Si Phrynis phantasticus lyræ Apollinis vel duas chordas ἄμυτος adiunxerit, illas incidat Ephorus, qui ἐφ' ὁρᾷ. *Noua* mirentur alij, nos rimamur; nota explodant, nos amplectimur. Huic solum dico

Hip. ap. 20 f. 1. Herodia. l. 6. p Hip el. & præc Diod. Sic l. 2. c. 3. Arist. pol. l. 2. c. 8. Eurip. Hecub. Οὐ καινὸν εἶπας, εἰ δοκεῖ δ' ἐγεί δίκας.

At *hæc disciplina antiquissima est longeq; verissima*. An quia, ἀνὴρ ἔφα? Si *antiquissima*, cur nouæ huic Ideæ? si *verissima*, cur tãta falsitas *discipulis*? Vbi tam diù latuit hic Latmius Endymion? *Ab ipso Hermete Trismegisto*. Non is τρὶς μέγιστος, nec edidit τρὶς μέγιστα. Nec est hic verus Ἑρμῆς, qui Græca vix intelligat, nedum interpretetur. Ab eo *tres lapides, tres partes philosophiæ totius mundi* hic *Hermes nouus* deducat, circumducat. *Ab illo?* (quando?) *proximè post deluuium* (Annales edat hic nouus Chronologus, vt hæc conciliet: nam nomen diluuij hæc diluit) *ducxit originem*. —*postridie quàm Iupiter*,

Herm. tab. smar. f. Lib. l 1. ep. 17. l. 2. ep. ded. Plau. Mil. glo. Vir. AEn. l. 6. 730. Iuu. sat. 8. 46. 53.

*Igneus est ollis vigor, & cælestis origo.*
*—vinas, & originis huius*
*Gaudia longa fer as: trunc*oque *simillimus Herma.*

Sed

Sed is an Arabs, an Ægyptius, an ante, an post Mosen, an ipse (falsò) Moses, non inquiro, nedum an *proximè post diluuium?* nec enim aut ex illis, aut ab illis octo in Arca conseruatis, nec ergo proximè, nec illis coætaneus, nec Chami vxorem docuit: sed addo solùm è Baucyneto Chymico, quòd *Idololatra turpis, teter Idololatriæ propugnator & magus detestandus fuerit; vt malè referatur chymiæ inuentio ad illum Cacodæmonem:* è iunioris Riolani Genebrardo, quòd *longè Hippocrate posterior*; è Galeno, quòd *author nugarum, magister impostorum.* At *hæc est* huius *vera Medicina* (ab authore, à suis & Diuo Augustino, impietatis damnato) *quam Dei eloquia laudatam volunt.* Hanc huius aut illius nolunt, sed *eam quæ à Deo*, non ab Atheo. Vt *artem culinariam plebecula miretur*, mirum, cum sit plebeia: vt *ne laboriosa*, falsum; motus, tumultus, feruor, sudor, defatigatio id clamant affatim: sed quàm *profundè quæsita*, nolo dicere, ne vespas excitem, coctores, decoctores, *genere Geryonaceo, quos si Argus seruet, is nunquã seruet.* Sed spagiria quàm parum differat à magiria, vt illa ab hac *ducat originem*, vt foco, furno, fumo, opere, operâ conueniant, & è Spagiricis iam dixi aliquid, & hic ægrè distinguat; nisi quòd altera plerunque tuta paret alimenta, altera quandoque periculosa medicamenta.

Lib. l. 1. ep. 17 p. Gul. Bau. not. 1. in sp. p. 51. ex Aug. ciuit. Dei. l. 8. c. 23.

Riol. fil. ex. in Bau. p. 119. è Gen. & Gal.

Eccl. c. 38. 2. 4.

Plaut. Aul. act. 3. Crol. p. 67. mar.

Lib. l. 2. ep. 59

*—facies non vna duabus,*
*Nec diuersa tamen, qualem decet esse sororum.*

Ou. Met. l. 2. 13.

Hic *(autem) auriferos* cum vidit *riuos* apud Pratensem poetam *exultantem*, vt *chorum* impleret, *latui*, sed extra *chorum*, & loco alieno introducit *Thetida* (sed Tethyn diceret) cui quid cum chymia, nisi quòd fortè falsa & humida? *Latenter enim quiescit in Auro præcipuus Naturæ thesaurus.* Non tenet ratio, non cohæret oratio. Quidni in gemmis æquè? quidni in vegetãtibus, in animatis magis? nisi quòd in illo *latẽs quies*, in istis patẽs qualitas; sed speciosior & pretiosior. At hic *conatur* (conatu sæpe irrito) *eruere hunc thesaurum (latentẽ,*

Io. Prat. amb. vor. v. 247.

*quiescentem*; vim facit igitur) *veluti ex imis terræ penetralibus*: sacrilegum prædonem narrat:

Vir. Æn. l. 2. 297. *Æternumq; adytis effert penetralibus ignem*:

Sup. pag. 66. quod prophano nefarium. At quorsum? *ad perpetranda miraculosa* (vt priùs *miracula*, quæ valdè impropriè sunt dicta *perpetrari*) *in sanatione morborum*: acsi *miraculosum*, vt *morbi* ab hoc *sanentur*. At *thesaurum adepti*, quid faciunt? quid patiuntur? Verbum recto non redditur. Sed quid non faciunt? *Eccam Medicinam*. Huic Echo resonet, *eccam* cum iactitat, *eccam*. *Eccam* leænam, & leænæ medicum.

Virg. Æn. l. 1. 465. *En Priamus*— *Sunt lachrymæ rerum*.—

At *hæc cogit prorumpere* (ne nimiùm fit violenta, truculenta, vereor, quæ *aurum* potuit *disrumpere*, nunc *cogit prorumpere*) *occultos morbos*. Sagacem dicit & vocalem canem, quæ excutiat omnes latebras, pererret, peruolitet, peruestiget spelæa ferarum latitantium, præ timore. At vt se exerat *stirps* alta efficit. Quin *& extirpat manifestos*.

*Heu stirpem inuisam* — quæ seu se cœlo offert, seu in Tartara tendit, an euellenda stirpitus, an *extirpanda* radicitus? Vix hæret *stirpi manifestum*. Tandem triumphum

l. 2. 275. canit, falsi — *exuuias indutus Achillis*.

*Sunt hæc arma*: an Plauti *coquinaria*? an *Cerealia* Virgilij? an Statij *inania*? an Martialis *tonsoria*? an Lucani *feralia*? an *furialia* Ouidij? an ad tegendum, an nocendum? an Marius quæ fecit, quibus perit? an quæ excudit, extudit Vul-

l. 8. l. 10. canus cum Cyclopibus, sed quibus occidit, occiditur cum

l. 6. 791. 403. Lauso Mezentius? *Sunt hæc arma*: sed an

*Hic vir, hic est?* — — *pietate insignis & armis?*

Geor. l. 4. 245. *Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis?*

vt dicat cum Ænæa, cum Albino,

Æn. l. 2. 314. Iul. cap. in Clod. Alb. *Arma amens capio, nec sat rationis in armis.*

At *aptæ sunt & congruæ ad quamcunque militiam*. Vix ad congruitatem belli Grammaticalis, nedum *ad militiam* Medicam, aut syllogismorum.

*Vino*

*Vino hunc & auro Medus acinaces* Hor.l.1.od. 27.5.
*Immane quantum discrepet.*--

At *tuta.* Non hoc tutore, non virtute suâ, non ingerenti; non gerenti; nedum excipienti. Fortè, vt *tutus scorpio, & à cauda, & à morsu, loco.* At & *iucunda.* Hæc seu militia seu armatura,

*Dulcis inexperto,-- Expertus metuit.--* Hor.l.1.ep.18 86.

Sed auro potabili, ex eodem Poeta, vt

*Natis in vsum lætitiæ scyphis,* l.1.od.27.1.
*Pugnare Thracum est: tollito barbarum Morem.*--

At & *summarum virium.* Summam de viribus pòst ciphrâ colligam. Interea, & ex eodem

*Rideo corpore maiorem Turbonis in armis* l.2.sat.3.315.
*Spiritum, & incessum:*--

qui, quasi apis Virgiliana,

*Ingentes animos angusto in corpore versat.* Vir.Geor.l.4. 83.

## CAP. VI.

### *Quod Aurum Potabile vniuersalis Medicina dici mereatur.*

*EST quedam vniuersalis curandi ratio apud Philosophos, quæ maximè vniuersalis & suprema nuncupatur. Materia huius operis gradus excellentioris est, quam aliorum omnium Arcanorum: quorum quidem virtutes, vires & proprietates continere dicitur omnes & præcellere. An hæc Medicina parari possit, in controuersiam vocatur quæstio. Optanda esset vniuersalis illa, sed paucis concessa fuit. Eam nos in valore suo relinquimus. Alia sunt intermedia Arcana, vniuersalia tamen Remedia, sed subalterna. Hæc valdè appropinquant ad proprietates & conditiones vniuersalium Curationum, & æmulantur ipsas. Capitales illi Morbi, quorum Monarchia inexpugnabilis censetur à plurimis, hisce remedijs sæpissime obtemperant. Huius ordinis Arcana quæ ex Auro prolicita fuerint, ex testimonio omnium Philosophorum pretiosissima sunt & summarum virium, si Spagyricâ Arte ritè præparentur. Essentia Auri quæ potabilis est in amni liquore, ex disciplina Ray. Lulij, confert vnicuique pro quacun-* F.A.

*que*

*que infirmitate, vt habetur in libro suo de conseruatione vitæ humanæ, & in libro Mercuriorum, & libello Elucidarij. Et valet ad omnem humanam infirmitatem, vt apparet in libro de Medicina secretissima. Huic sententiæ astipulantur alij etiam Philosophi. Adequat (inquiunt) humores inequatos: Vitales omnes spiritus mirificè roborat: & infinitis alijs dotibus ornatur Aurum, quæ in particulari Medicina non ceruuntur vnquam. Illa erroris plena est: altera omninò secura. In Particulari sanatione fructus solummodò tolluntur: Symptomata, Paroxismi, dolores mitigantur: excrementorum euacuationes instituuntur (vnde debilitatur natura vt plurimum, idcircò corroborationes adiunguntur) sed fixioris Morbi radices vix extirpantur vnquam. Seminales Morborum tinctura residua fiunt, & nouos per internalla cruciatus excitant. Particularis tamen sanatio cum vniuersali Medicina adiuta, vniuersalis curationis officio sæpè fungitur, impuritatum radices consumendo, & natiuam virtutem confortando.*

## CAP. VI.

### *Medicamentum vniuersale nullum, nedum id Aurum.*

M.G. *CVrandi ratio*, seu θεραπευτικὴ, seu φαρμακευτικὴ, etsi *vniuersalis*, quia pars practica ἰατρικῆς, seu medicæ scientiæ; omnis verò scientia καθόλου, καθ' ὅλου, omninò ἀποδεικτικὴ, cuius & ἐπαγωγὴ τῶ καθόλου, ὁ δὲ συλλογισμὸς, ἐκ τῶ καθόλου: si tamen Chymici, cum *medicinam* dicunt; medicamentum intelligant, vt sæpiùs, nec artem ab artifice, artificem ab instrumento, instrumentum ab artificio seu opificio distinguant, *vniuersalem* quamcunque *medicinam* & imperitè dicunt & absurdè. (*Communem* siquidem *curationem omnium, cum stupidissimis methodicis putare, extremæ* Galenus existimat *dementiæ.*) Hic autem imperitissimè & absurdissimè, quòd *quædam* sit *vniuersalis*, cum *quiddam & vniuersale* opponantur: tum quòd *hæc maximè vniuersalis & suprema*, acsi *vniuersalia*, tametsi subalterna, *gradus* suscipiant, siue magis & minus, vt ne sint simpliciter *vniuersalia.*

Gal.met.med l.3.c.7.

Plin.sat.2.152 *Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lauantur.*

At

At *huius operis* (en *opus*, non artem dicit) *materia* (an prima an ſecunda? informis an formata?) *eſt gradus excellentioris* (*materiam* metitur *gradibus* ὑπεροχῆς, quæ ἰσοστάσιον) *quàm aliorum omnium Arcanorum. Arcana* huius imperij (ſi credere fas eſt, imò ſi dicere) vt pari *gradu* omnia dicuntur *immortalia, incorporalia*; vix ergo materialia, aut ex *materia* quantumuis *excellenti*. At *horum virtutes, vires, proprietates, huius materia continere* dicitur *omnes & præcellere*. Vt illis *præcellat*, mirum; *excellat*, magnum; *omnes* vna *contineat*, falſum. Onom.2.Ar.

*Maiores pennas nido extendiſſe, loquemur.* Hor.l.1.ep.20 21.

*Virtutes* formæ meliùs aſcribat, quàm *materiæ*. Ait verò, vt prophanus Nero de Poppæa pellice,

*Omnes in vnam contulit laudes Deus,*
*Talemq́ nasci fata voluerunt mihi.* Sen.Oct.act. 2.ſc.2.

In vno *omnia*? quin ergo vnus *omnia*? quin *omnia* in *omnibus*? In vno *omnia*? an ea optima? at vnum optimum: dic igitur, in vno vnum; vt ἐν πρῶτον, rectè Philoſophus. In vno *omnia*? *virtutum* Ambroſia, & Nectar gloriæ? quin Deus dicitur? nam vnus ſolus Deus, παντοκράτωρ, παντάρκης, πάνσοφος, παντέλειος. Sint alia πολύχρηστα, panchreſti nomen nulli, niſi quod ad Chriſti pedes. At *vniuerſale* huic dicitur, non vnum numero: fortè vt ens, vnum, verum, bonum. Tranſcéditur huic homini; id eſt, ὑπερβολίζεται, παραλογίζεται. Sic Papa Oecumenicus Vniuerſalis Epiſcopus; vt hîc ſit Papa medicamentorum. Imò hoc capite *vna eademque*, & mox, *hæc Medicina*: en medicamentum intelligi, cum priùs φαρμακευτικὴ, non φάρμακον, μέθοδος, non ἔφοδος, λόγος, non ἔργον curandi ratio, non quâ curatur potio, deſcriberetur. At *an parari poſſit* (ſeu cõparari marte noſtro, ſeu præparari arte alienâ) *in controuerſiam vocatur quæſtio. Controuerſia*, & *quæſtio*, vt differunt? niſi hæc per tormenta. Ariſt. Euſeb.l.9. Hor.l.2.ſat.3. 103.

*Nil agit exemplum, quod litem lite reſoluit.*

Præcedit quidem *quæſtio*, quâ *an* ſit quæritur, quâ quid ſit, quid poſſit, quî *poſſit parari*, quæſtionem. Sed ὕστερον hic πρότερον.

πρότερον. Αμέθοδος, ἄμεσος petit principium, cuius problemata ἀπόδειξις, & *quæstio in controuersia.* Modò posuerat, nunc supponit. Nam nisi sit, non *potest parari*; si *potest parari*, & esse est necesse; nisi ars deficit in necessarijs; aut si ars isti sufficit. Quin ab hoc homine si *possit præparari*, non est ab *vno vniuersale.* Sed hic *tinctura*m, *animam*, *essentiam* vt *auro euocauit*, ita *in controuersiam* nunc non ens *vocat*: de quibus vnà omnibus dictum habeat,

Aristop. Plut. Merc.

Ποθεῖς τὸν ἀπόντα, μὴ μάτην καλεῖς.

Malim quoduis ἀνύπαρκτον, quàm hoc ἀόριστον, ἀπόρισον, ἀπόρευτον, & planè ἄπορον. At huic *optanda illa vniuersalis*; *sed paucis concessa.* Num idem *optanti* Seuerino?

Seu. Id c. 14. p. 344.

Her. epod. vlt. 16.

*Optat supremo collocare Sisyphus*
*In monte saxum: sed vetant leges Iouis.*

Cic. de fat. f.

*Optare hoc* quidem *est*, *non disputare*, ait Cicero. Voluntas impossibilium, sed non electio, quæ non τοῦ τέλους, ἀλλὰ

Ar. mag. mor. l. 1 c. 18.

οὐ πρὸς τὸ τέλος, ait Aristoteles. *Optando* si viuitur, non operando; quin somnianti aurum ingeritur, non studenti congeritur?

Ou. Pon. l. 3. el. 1. 35.

*Velle parum est, cupias vt te potiaris oportet.*

Hic arguit à non *concessis*: imò nec arguit. Vt *vniuersale paucis concedatur*, vix verisimile: nec enim *vniuersale*, nisi attribuatur pluribus, aut si sit ἀκοινώνητον. At vt antè *reliquum* (*Philosophorum lapidem*) sic nunc *vniuersalem Medicinam in valore suo relinquit.* De *relinquentibus* frequens conquestio in vita, in scena: qui *relinquat* seu deserat, quam potest asserere, parum abest ne delinquat. Nullius *valoris* scilicet, seu phrasin expendas, seu effectum. Quid quod Paracelso, *eiusdem valoris vniuersale Aroma* omnia in summo genere putârâm hactenus: nunc *intermedia* & *subalterna* non distinguo; *remedia*, & *vniuersalia* non coniungo; illa particularibus quòd applicentur, vt sint *remedia*; hæc indiuiduis non restringantur, si sint *vniuersalia*. Quin quæ sunt *alia* ab *vniuersali*, vix *subalterna* dixerim; sed an suprema, an infima, nō dicitur.

Sup pag. 150.

Par. param. l. 1 c. 2.

dicitur. At *valdè appropinquant ad proprietates* (non hæc ad Latinitatis *proprietatem*) *& conditiones vniuerſalium curationum* (*curationes* iterum cur recoquit, cum innuat curandi inſtrumenta?) *& æmulantur ipſas*: an huius *æmuli*, vt *æmulantur impoſturam*. Quin *auri arcanum*, ſeu ſimplex, ſeu vitriolatum, Cacophraſti, Quercetani, annon has *æmulatur* pari paſſu, gradu, gratiâ? quod ità *æmulatur*, annon æquè *vniuerſale*? Annon arcana alia, eodem ſi non nomine, at ordine, eâdem ſi non familiâ, at famâ, dicuntur Chymiſtis Panacæa, Pantagoga, Panchreſta, Panæreta, Panchymagoga? annon hæc omnia ſonant *vniuerſale*? Annon Paracelſo (cui ſemper nomini adhæret erroris aliquid) hypericon (quaſi ὑπερέχον) ſeu *Perforata* (an perforatis folijs, an facultatibus) *eſt ſuper totum hominem, & vniuerſalis medicina*: nempe quòd Fuga ſeu vua Dæmonum, ſeu Scopa Regia. Hic ſi *remediorum* genus ſummum, ſi *ſubalternas* ſpecies, ſi infimas concepit animo, quin & methodico deſcribat radio καταγόμενον φαρμακευτικὸν, quod primum, quod proximum, quod imum ſtatuat. Quod ſi, vt vates cecinit,

*Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraq́; centum,*
*Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas,*
*Omnia morborum percurrere nomina poſſem:*

nedum *remediorum*, quum *morbis* ſingulis plura *remedia* creârit Deus, Natura indulſerit, Ars elimârit. At *morbi capitales* (non modò capitis, ſed caput qui vitæ petunt) *his remedijs obtemperant*: ſubmittunt ſecuri capita, an iugo colla? Genus id efferum, *obtemperare* neſcit;

*Indocile, flecti non poteſt, frangi poteſt.*

Cedent, aut terga fortè vertent, aut tollentur, non *obtemperabunt* vnquam, vt vt temperes. Hos domare, eſt delere; ſubdere, eſt perdere. At *horum Monarchia inexpugnabilis cenſetur à plurimis*. Imò à pauciſſimis *Monarchia* tribuitur. Aduerſas acies, infenſa infeſta agmina, furiales ferales turmas, turbas *à pluribus* accepimus, à ſolo Seuerino, aut pſeudo-

Sup. pag. 172.

Quer. tetr. c. 32. è. Pa. to. 4. p. 362 to. 6. p. 440.

Quer tet. c. 32 Lib. in Mic. not. 29. è.

Par. rer. na. c. 5

Ono. 1. p. 229.

Vir. AEn. l. 6. 625.

Sen. Thy. act. 2. ſc. 1.

do-monarcha Paracelſo *Monarchiam*, aut eorum abu ſiu
Quint.l.8. c.vit. ἀκυρολόγοις aſſeclis: quæ Quintiliano *ſuperiectio ementiens.* Quo nomine, Monarchæ illis quantum debent? *Inexpugnabile* quod *cenſent plurimi*, hic tyro ne ſperet *remedijs*, aut
Ter.Eu.act.1. ſc.1. medijs quibuſuis *expugnare*: in *ordinẽ* vt redigat, *id agat, acſi cũ ratione inſaniat.* At *huius ordinis* (ſubalternorũ putà) *Arcana quæ ex auro* (duo iam memoraui, his octo adiungit
Que.tetr.c.32 Quercetanus, ſed huic *arcana* omnia) *ex teſtimonio omniũ Philoſophorum* (quorum plurimi de illis nihil) *pretioſiſſima ſunt* (quòd *aurum* ſummi *pretij*, &

Iuu.ſat.11.16. —*magis illa iuuant, quæ pluris emuntur,*
ſed ſpes emitur pretio)
at *& ſummarum virium* (hoc quia ſæpe dicitur, num creditur? has vires obtinet battologia?) ſed eâ lege, *ſi Spagyrica arte ritè præparentur. Si* ſic *paretur* quippiam, vt *ſummas vires* teneat, tenebit *vires ſummas.* Vah ſuppoſitorium. At nec id poſſunt, nec ſic *parant* noſtri (qui *ritè* pauca) imperiti *Spagyri*: nedum hic huius μάγειρος. *Arcanum* eſt, quod arcet tam prophanos, ne parent, *præparent.* At *Auri Eſſentia potabilis* (ex illis octo, & è diſtinctis Paracelſi, confunduntur
Par.arch.qu. eſſ.p.87. duo) ex tribus teſtimonijs vnius *Lully*, (de quo iam ſæpiùs, quàm ænigmaticus, quàm hyperbolicus, quàm
dial. chryſo. p.22. Sup.pag.41. Theophraſto ab Hohenheim *nugator, ſtupidus, barbarus, inſipiens homunculus*) *confert vnicuique pro quacunque infirmitate.* Nec *vnuſquiſque quàcunque* premitur; nec *confert* infirmo quod *pro infirmitate.* At & quartum adiungit: quod eâdem ferè phraſi eandem refert fidem. Aut *Lullius* non loquitur, quod intelligat Anthonius; aut non intelligit Anthonius, de quo loquatur *Lullius.* Addit *aſtipulari alios* (profert intereà qui ſtipuletur neminem) *etiam Philoſophos*; ſed ſui furfuris, aut claſſis infimæ, innominatos: qui quid *inquiant*, nec inquiro, nec curo; nedum repeto, vt antè refutati. Quiuis circumforaneus de quouis impoſtorio tantundem dixerit. *Humores* pauci Chymici, *inæquates* Latini pauciores,

ciores, ſed *adequandas* dicant Medici pauciſſimi: niſi fortè talis, qualis ſine multa laude Tauladanus. Architectonica Natura non æquauit, tametſi temperauit. *Vitales ſpiritus* an *omnes roborat?* & animales negligit, & naturales? *Dos Auro* Virtus? an cenſus magis? Nec tamen *dotes* finito *infinite*. Poetam igitur quâ aure audiet? — *aurum vt inutile,* Hor. l. 3. od. 24. 48.

*Summi materiam mali,*
*Mittamus, ſcelerum ſi bene pœnitet.*

Taul. anim. in Brac.

*Dotes finitas*, vt homini, ſic auro Deus:

Ἄλλῳ μὲν δόλον ἔδωκε Θεὸς πολεμήια ἔργα, Hom. Il. N. 729.
Ἄλλῳ δ' ὄρχηστιν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν,
Ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον.

Sic & medicamentis ad aliud ac aliud, in alio atque alio comparatis. Hæ verò *dotes* (num finitæ? *auri* fortaſſis *infinita*) *non cernuntur* (nec enim *cernuntur infinita*) *in particulari medicina*: cœco videlicet, non intelligenti. Quæ *medicina cernitur*, ſi non *particularis*? vbi *dotes cernuntur* vſpiam, ſi non in illa? At illa *erroris plena*: artificis vitio, non artis: hic artifex artifici, an arti detrahit? *Vniuerſalis omninò ſecura*: in ſe, quòd non intereunt *vniuerſalia*, nec *errant* artes: ſed vſui cum adhibetur, & fert, & infert par periculum: nec magis *ſecura* hæc quàm illa; quin eſt eadem. *At in Particulari ſanatione fructus ſolummodò tolluntur*: an *fructus* putres, marcidi? an magis tubera, ſeu carioſa carcinomata? *tollantur* modò, id ſolum non eſt nihili, nec ſine *fructu* aliquo.

*Eſt quôdam prodire tenùs, ſi non datur vltrà.* Hor. l. 1. ep. 1. 32.

Vltrà, aliquid ſemper proſequitur, ſæpè aſſequitur *particularis ſanatio*; præſcribit fortè, ſed non præſtat *vniuerſalis*. Nam cura omnium, nullius cura; nedum *curatio*. Tanti eſt mihi, quantum prodeſt mihi. Sarcoma, varicem, aneuriſma, entero-epiploo-ſarco-cirſo-hydro-pneumato-broncho-bubono-celen, in cyſti calculos, vnguem in oculo non *ſanat*, ſagittam è capite Richardi, è femore Gulielmi, è calce Achillis non euellit, ſextum non *tollit* digitum, re-

sectum non restituit *vniuersale*: imò quem *sanat morbum*, cui arte opus, non naturâ? *Particulare* sit oportet, quod partibus, particulis accommodetur, commodet. At inde *Symptomata, Paroxismi, dolores mitigantur*. Deo hinc gratia, & salus homini. Quædam *symptomata* sunt morbis grauiora, vrgent, & angunt magis: quin quidam morbi symptomatici; quidam quid aliud, quàm *symptomatum* sæuitia? quid aliud, quàm *paroxysmi*? quid *paroxysmi*, quàm πόνοι; quid πόνοι, quàm *dolores*? quid hæc omnia, quàm morbi decursus cum acrimonia, acerbitate? Hinc est Aëtio exacerbatio κίνημα νοσήματος μεριχὸν δὲ τὸ χεῖρον ἀπὸ τῆς ἀνέσεως. cum insurgit natura contra morbum, morbus contra naturam, hoc incitante stimulo. Præstas artificem, si arte *mitiges*, quod est naturâ ferum, ferox, contumax, pertinax, dolorificum, horrificum: si ἄκοπα, ἄπονα, ἄλυπα, anodyna apponas his ἀδύνατα, κόποις, πόνοις, σπιρυχίοις. Quid poscat æger amplius? quid possit medicus commodius? Appositè non homo *vniuersalis*, sed & curat Galenus, & curatur Antoninus, hic & ille: non ergo *vniuersali remedio*, sed hoc aut illo, putà Galenico. At his *excrementorum euacuationes instituuntur*. Natura has *instituit*; ars quæ est vsui, ex eius instituto efficit: magistra illa, hæc ministra: si quâ natura deficit, quâ potest ars perficiet. Sunt *excrementa*; sunt ergo excernenda. Sunt superuacua; ergo *euacuanda*. At *inde debilitatur natura vt plurimum*: superpurgatione fortè Chymicâ; non purgatione Galenicâ. Nam hæc expendit priùs, ὃν δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅσα, καὶ ὅπη, καὶ ὅτι, καὶ ὅσα δεῖ, dein expurgat τὰ λυποῦντα, ἐνοχλοῦντα, omninò πλεονάζοντα, hinc demum non ξυμφορὰ, sed εὐφορία καὶ ξυμφόρον. Natura ἀπὸ πόνων ἀπαλλάσσεται. Nec verò *debilitatur* vtique, saltem *non plurimùm*, cui oneratæ onus τεθλιμμένα detrahitur, quin recreatur potiùs: nã alioqui Ἄξονα κατάξοις, — ait Hesiodus. In ipsa forsitan euacuatione qui vacuatur, fatigatur: ipsa euacuationis dies propter pugnam, luctam, crisin, cecrisin plerunque est molestior, turbatior: post autem,

Gal. in aph. 7. l. 1.

Aet. tetr. 1. 2. ser. 2. c. 8.

Gal. met. med l. 8. c. 3.

Di. crit. l. 3. c. 8

Hip. epid. 6. com. 2. t. 36.

me. vet. t. 35.

Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμ. l. 2. 300.

tem, Poeta vt ſolatur,

*Nube ſolet pulsâ candidus ire dies.* Ou. trift. l. 2.

Huic *idcirco corroborationes adiunguntur*. Num & ſimul & ſemel? ex arte, vix opinor: ne & fines diuerſi, & motus oppoſiti, & opera contraria; *Natura* diſtrahatur. Nequid malignum ingeratur; nequid benignum egeratur; ſoluatur onus, ſeruetur tonus partis, (hoc fit Galenicis catharticis) *Natura* recreabitur. *Sed fixioris Morbi radices vix extirpantur vnquam*. Eradicantia Galenicorum prius accepimus, quàm *Morbi radices* à Chymiſtis. Hæ altiùs ſi hæreant, *auro potabili*, non video, vt *extirpentur*. *Morbi* cauſas Galenici ſcrutantur, intelligunt, & *eradicant* altiùs, quàm quiſquam vnquam Chymicus; cui ſat eſt ſcire à Galenico, ſi hic, aut hic ſit *morbus*: nam illi ad manum *vniuerſale medicamentum*: ex quo, ne *morbi* ramulum, nedum *radicem*, opus eſt vt ſciat. *Extirpat* enim *omnes*, funditùs, ſtirpitùs, radicitùs, omnino ad vnum vno ictu *omnes*. At *Morborum tinctura ſeminales*. Heu quò decidimus? *Tinctura decantata, actiua, potentiſſima*, eæque *ſeminales*, iam tandem ſunt *Morborum*. An iam *tinctura Chymicorum noua Crollio ſunt* καινῶν ὀνομάτων? An *coloratæ eſſentiæ*? non arbitror. An *cura palliatiua*? ne id quidem. Quin Seuerino (ex quo hæ phraſes abſonæ) *ſeminibus ſuperuenerunt hæ tinctura*: num ideò ſunt *ſeminales*? quæ illi tam *remediorum*, *alimentorum*, quàm *morborum*. At *reſidua fiunt*: an quòd reſideant? ne dixeris: an quòd eodem recidant? ne ita ſcripſeris: neutrum grammaticè, neutrum propriè, neutrum verè; vtrunque perobſcurè. At *nouos per internalla cruciatus excitant*. Aſſumptæ putà; non innatæ. *Cruciatus nouos* vix *excitant* quæ recidunt, nedum quæ reſident; quia *tinctura* ſolæ. *Internalla* per crifes ritè diſtinguere, nec huius eſt, nec Chymici cuiuſpiam. At *particularis ſanatio* (ô benè valeat) *cum vniuerſali Medicina adiuta* (quod adiutorium, id acceſſorium, non principale; niſi ritè deducatur) *vniuerſalis curationis officio ſæpe fungitur*: ſic *fungitur*, vt plus poſſit; plus

Sup. pag. 132.

Crol. præf. p. 50.

Seu. Id. Me. c. 14.

profit, quàm *vniuersalis*; vsum si spectes, non doctrinam: idque vtrâque quam affert ratione.

F.A. *Vniuersalis autem ac perfecta sanatio illa dicitur, vbi operationes non sunt euacuationes illæ vsitatæ & excrementitiæ, quasi Crapulâ laboraret, copiosiores fortasse quàm vires facilè ferunt: sed vbi illa absoluuntur quæ desiderantur, eiectiones spontaneæ, per sedes, per vrinam, per sudorem, per insensibilem transpirationem: quæ quidem omnia perficiuntur cum vna eademq; Medicina, resoluendo, consumendo, dissipando impuritates morbosas, & corroborando innatum Microcosmi vigorem. Istiusmodi curationes omnes, quæ roboratione, sedatione & mitigatione absoluuntur, tutissimæ sunt, præstantissimæ, & altissimæ. Tales omninò exercentur operationes in poculento Auro, cuius spiritualis vis à corporea mole libera, altius penetrat, lociséq; distantibus facilè actiones imprimit, collapsas spirituum vires refocillat, corroboratq; innatum robur aduersus internum hostem quemcunq; denum Morbum. Meritò igitur inter vniuersales Medicinas annumeratur.*

M.G. Quid autem *vniuersalis ac perfecta* (vt hic autumat) *sanatio dicatur*, hic definit (id si definitorium) per abnegationem: quòd sit nimirum *vbi operationes non sunt euacuationes vsitatæ, excrementitiæ:* nec Hippocratica κρίσεις, ἀφαιρέσεις, seu
Hip. art. s. 4. dict. l. 1. s. 14. πρὸς ἀφαιρέσεις, detractiones redundantium, adiectiones deficientium; euasiones à morbo. At *illæ, quasi Crapulâ laboraret:* quis? quid? Edormiat hic *crapulam*, vt cautiùs, vel euomat, vt puriùs & loquatur, & sentiat. At *copiosiores fortasse quàm vires facilè ferunt.* Id *fortasse* ἀπὸ τύχης, non ἀπὸ τέχνης. Sed vt Poetæ delicato,

Ou. am. l. 2. el. 4. 6. *Heu quàm, quod studeas ponere, ferre graue est;*

sic id auferre, quod cupias deponere, quàm est vt *feras* leue? Vel *laborantes crapulâ* id sentiunt: quàm *facilè? Sed* iam per affirmationem, de loco, vix de re, *sanatio vniuersalis dicitur, vbi illa absoluuntur, quæ desiderantur. Sanatio* helleborismi huic optanda, vt *absoluatur* huic iudicium, aut soluatur hic iudicio, quod *desideratur*. At pro instantia, *eiectiones* (quin & deiectiones?) *spontaneæ & humanæ naturæ consentaneæ:*

nec bellum ἀπολέμητον. Hæc seu sursum electio, seu deorsum
electio huic ἀνωμάλως γιγνομένη, an Aristotelis ἀνώμαλος, Ar.phy.l.2.c.8
quod ἀπὸ μόνου γίνεται, & quod præter naturam, cuius ex- t.63.
tra est causa? an potiùs Hippocratis, quod sine causa ex- Gal. in Hip.
teriore, sine casu præcedente, sine medici, aut medicamen- Aph.78.s.4.
ti seu opere, seu operâ, τῆς φύσεως τὸ σῶμα τῆς φύσεως ἰᾶσθαι- 5.l.2.
σύσης? Quæ quamuis *Natura*, eiusque expultrix facultas per 2.& 21.s.1.
se præstet, non tamen vtique *Naturæ consentanea*, saltem cont.Iulian.
non semper commoda; nisi διὰ, ἢ ὅσα διὰ, & διὰ ἔμπροσθεν quos quib.
χωρίον. At *hæ per sedes, per vrinam, per sudorem, per insensibilem* quan.
*transpirationem*. Hîc erant distinguendæ, sed vltrà huius
captum, καθαίρεσις, κένωσις, κένωγγεία, κάθαρσις, & hæc à sensu,
à subiecto, ab efficiente, ab humore; ἢ ναυτία, καὶ ἰσία, aut è
Fernelio hoc nomine, *vniuersalis, particularis*: quæ vnde, & Fer.met.med
quâ, denotant, non vnum aliquod. His itaque hic addat, l.2.c.2.
per phlebotomias, per hæmorrhagias, per apophlegmatis- l.1.c.9.
mos, per sputa, per vomitum, per vterum, per vias alias.
Omninò *spontanea*, & τυχικαὶ, vt opponantur. At *hæc om-*
*nia perficiuntur cum vna eademq; Medicina*. Imò hæc à natura,
non ab arte, quia *spontanea*. His propè paria à *particulari* pri-
ùs, hoc fatente; non ab *vniuersali*, quia *perficiuntur*. Sed ad-
huc ab *vno omnia*? an ab Æsopo nihil? Bernhardus (Co-
mes putà) non vidit omnia; nedum in *vno* vidit; ne suo Lib. in Mic.
quidem lapide: nam *vbi historia auxiliorum*? quærit Li- not.42.
bauius.

*--non omnia fert omnia tellus,*
nedum *vna*. *--Omne instar in vno est?* Virg.

An omnia cum *vno* nata? cum *vno* moritura? An hoc *vnum* Plat.Protag.
scit hic Socrates, se nihil scire? aut ne hoc quidem? Sophi- Euthyd.
sta planè, qui scire se dicat omnia. Quod *vnum* est, ad *vnum*
est, *vno* semper agit modo, *vno* effectu, *vno* fine. Num sic id
*vniuersale*? Non *vna omnium* natura, Μονογενεία, non *vna* af-
fectio ἕξις, διάθεσις: non *vna* igitur affectionum omni-
um in omnibus ὑγιεινὴ seu ἀναλυτικὴ, ὑφεκτικὴ seu *medicina*.

Pet. Arbi. Sat. *— non omnibus vnum est Quod placet —*

nedum quod prodeſt:

Vir. ecl. 8. 63. *— non omnia poſſumus omnes;* imò nec poſcimus.

Hor. l. 2. ep. 2. 61. Si *tres conuiuæ* Horatio, quanto magis trecenti ægrotantes, imò trecenties mille *diſſentient*, diuerſa ſentient, diuerſis ſunt placandi? Hic, acſi *vno* calceo, non pedes ſolùm *omnes*, ſed tibias, ſed naſos putà ægros inducit.

l. 1. ep. 10. 42. ſed ille *Si pede maior erit, ſubuertet; ſi minor, vret.*

Perſ. ſat. 3. vlt. Id autem *Non ſani eſſe hominis non ſanus iuret Oreſtes.*

Lib. l. 1. ep. 2. p. 30. Libanio *Paracelſita omnia idcirco omnibus accommodant, nequid ſit vſpiã veſania, quod non in ipſis.* Quin ſi *vnum omnia perficiat*, quid opus pluribus? cur omnia ſunt adhuc imperfecta? *A Deo pharmaca* cur plura ſunt *creata*? cur ab hominibus inuenta plurima? cur ipſis Chymicis nõnulla addita? cur nobis, illis, plurimis ſtudetur indies, noctu, interdiu; vt cõmentemur noua, reminiſcamur nota, accõmodemus vtraq;? Cur alia effinxit Paracelſus? alia affinxit Quercetanus? alia Crollius? alia Chymiſtæ alij? nulla (quod ſciam) Seuerinus, qui ſummus in *vniuerſali*? Fruſtrà ſunt cætera, ſi *vnum* ſufficit, Fruſtrà Pharmocopœi plurimi, ſi *vnum* ſolum φάρμακον. Sin *vnum* ſufficit, cur id qui habuerunt, qui habent, qui ab hoc habituri, & olim mortui, & moriuntur indies, & morbo morituri? Quod ſi *lapis Philoſophorum* Michelio, *ſiue Aurum potabile*, *ſit vitæ elixir ſeu medicina vniuerſalis*; eaque non cœleſtis, ſed *cælum ipſum* præuaricanti Palmario; quin hic viuet in ſæcula?

Mich. ve. med. p. 239. P. Pal. lap. phi. c. 15. f.

Hor. l. 1. od. 1. vlt. *Sublimi feriet ſydera vertice?*

quin alios viuaces faciet, imò & immortales, vt Philippus alter Ægyptius Galeni ſæculo, alter Germanus ferè noſtro? Et hic, & ille

Gal. mara c. 2.

Vir. Æn. l. 10. 549. *Canitiem q; ſibi, & longos promiſerat annos,*

vt ille apud Poetam; nec ſibi ſolùm, ſed & alijs, qui obedirent: quot annos vixerit, hic memoret: ne lubilæum quidem. Huic tamen *Dauræ ſolia, flos ſectæ Croæ, conſerua-*

Par. vit. long. f. 32. 24.

*tiones*

*tiones septem, leo rubeus, alba aquila, phœnix ignea, draco,* tinct. phy. c. 7.
*corvus, Lili, electrum Chymicum, aurum potabile,* vno verbo *vniuersalis medicina,* non Iubilæum modò, sed immortalitatem pollicita; *nisi* nempe *Nilus abluisset.* Si *vnum* designent ista, cur tot diuersa nomina, nec ista omnia? sin plura denotent, non *vnam* arguunt *medicinam vniuersalem.* Si demum hic *thesaurus perennis, incomparabilis, innumerabilis* (vt Crollius è Seuerino, hic ex vtroque de his pleraque) Crol. bas. chy. p. 112.
si *hæc medicina expellat humores malos, inuehat bonos, bonorem conferat, amorem, securitatem, audaciam, victoriam in* Rosar. mai. Lib in Mich. not 42. 29.
*prælio* (vt habet ex Hermete, Gebro, Arnaldo, Richardo maius Rosarium) quin subditus hic esse respuit, qui maior quouis Rege? *Miser esse mauult, esse qui felix potest?* Se. Thy. act 2.
contra id vnum Paracelsi bonum,

*Alterius ne sit, qui suus esse potest?* Elog Parac.

Iudicium Libauij attexam instar omnium; quòd *hæc vniuersalis Medicina sit phantasma hominis melancholici, figmentum ad exemplum Idearum Platonicarum, somnium, delirium*: & id è Paracelso, quòd *nulla medicina sola tollat omnia*: & id è Seuerino Crollij, quòd *quæcunq; infirmitas hoc competenti adminiculo Naturali administrato non sanatur.* En hæc quò recidat. Lib. ib. p. & 29 punct. 10. 12. Pa. to. 6. p. 108 chir. mag. Crol. ib. 112.

Τὰ δ' ἐς ὀνείρων τερπνὸν παρεόμενα. Met. Di. La. l. 6

At huic *perficimur hæc omnia, resoluendo, consumendo, dissipando impuritates morbosas. Si quidem id Herclè possit ἀλεξίκακος* hic Ter. Eu. act. 1.
Hercules Augiæ stabulum sic repurgare, *impuras* Stymphalidas sic *dissipare*, tricipitem Cerberum domare offulâ, centicipitem Hydram igne *consumere*, Lernam eluere, *nil prius neque fortius*, Admetum, Thesea, Pirithoum, ipsam Proserpinam ab ipsis inferis ad viuos reuocârit. Sed vbi Virbius est huius Æsculapij? Apud Vtopicos. At & *particularia* specifica, *impuritatum radicibus consumptis, & Balsami virtute confirmatâ*, Seuerino, Crollio, nil minus præstant. At & *corroborando, conseruando, custodiendo innatum Mi-* Seu. ib. p. 345. Crol ib. p. 113 Seu p. 343.

*crocosmi vigorem.* Quin dicit *Balsamum*, vt Seuerinus non citatus, à quo (furtim igitur) hęc ferè omnia? Quin Nectar versat Ganymedes iste, quod ῥὰ κλοίνυ, sed ῥὰ ὐλας, quod reddat è silicernio iuuenculum? Quin vorat Ambrosiam, quę præstet ἀβροσίαν, vt sine morte constet. Quin Moly Homericum, aut Nepenthes Helenæ propinat,

Hō.od.δ.1.x.

—κακῶν ἐπίλησθον ἁπάντων?

Sed an *vnum idemq́, resoluere & corroborare, consumere & consolidare, dissipare*, dicitur, & *custodire?* & ad idem? His verbis docetur nemo; nedum curantur omnes. Imò *idem* agens: quòd si quid agit, *particulare* est: nam *vniuersale* ne attingit quidem: idque fortassis per se aliud, at aliud per accidens; aliud actu primo, secundo aliud; aliud præcipuè, ex consequente aliud; respectu sui aliud, ratione subiecti aliud. Diuersum verò patiens; quod nempe *resoluatur, consumatur, dissipetur, morbi impuritas*: quod *corroboretur, cōsolidetur, custodiatur, innatus vigor Microcosmi*: in *morbum* vt agat, contrarium, vt agens esse debet, medicamentum: at in calorem insitum, principio dissimile, sed fine simile, quâ potest, alimentum. Sed de *agente* quæritur: quin & de patiente? quæ sic respondent inuicem, sic quadrant adamussim, vt inter illa, si vlla, proportio exacta, virtusq́; retro commeans intercedat. Nec ergo conuenit *agens vniuersale, & particulare* patiens; nec *agens particulare, & vniuersale* patiens: sed vtrumque æquale, analogum, accommodatum, proprium: vt locus spatium locato adæquatum. Nec propriè huic dicitur *innatus vigor* (qui calor) *Microcosmi*; cui *vigor* à calore, nec nisi ætate progressâ consistente, quæ *ἀκμὴ*, flos & *vigor*: Nec verò propriè *consolidari*, qui quantus quantus est, tantus & totus est in humido & spiritu. Nec magis hæc propriè, quàm *morbus* Chymicis *mors viua fructus Macrocosmi in Microcosmum transplantata*. Quibus quid agunt aliud, quàm quòd dant operam, vt perobscurè, perabsurdè, permolestè loquantur; ideoque impropriè,

Dorn.

ne

ne intelligantur? vt cum ex Aristotele aut ex Galeno inaudierint de *Microcosmo* scitè dicto, mox missâ metaphorâ morbos & mortes, mortes & viuas, Macrocosmum *μεγάνθρωπον*, & *Microcosmum κοσμοπολίτην*, per transplantationem fructuum monstrosam, mirabilem, phantasticam, phreneticam, acsi omnia in omnibus, confundant imprudenter. Quin è Nazianzeno quid si *κοσμὸν ἐν μικρῷ μέγαν ἐπὶ τῆς γῆς τὸν ἄνθρωπον*, & è Niceta dixerim? quid si è Lullio minori mundo opus Alchymicum assimilauero? quid si è Chymicis idem cœcum Alembicum, ouum Philosophorum, stulti lapidem, & mundum minorem nominauero? quid hic responderit? At *curationes istiusmodi* (en iterum pro instrumentis actiones; nec vllus in his modus, quæ sunt *istius modi*) *quæ roborationes, sedationes & mitigationes absoluuntur*; morbum non soluunt, nedum *absoluunt*, quæ modò *sedant, mitigant*, (quæ duo, an non idem?) quæ verò *roborant*, magis conueniunt *curationi absolutæ*. Quin *particulari* anteà *dolores mitigantur*. At hæ *tutissimæ*, quia non tangunt, nedum angunt: *præstantissimæ*: cur *præstent* quis dixerit, qui vix dixerit quid *præstent*? At *& altissimæ*: hic homo *altum* sapit, nec sapit tamen quæ his *altitudo*. In *altum* tollatur, qui his vtitur. At *tales operationes exercentur* (inusitatâ phrasi, sed numquid fide bonâ?) *in Auro poculento*, an vt sit patiens? an ab *Auro*, vt sit agens? quod *poculentum* an dicitur, quòd impleat? an quòd pocula conficiat? Seu patiens, seu agens, est infirmum, nec infirmos sanat. At *eius spiritualis vis à corporea mole libera*, quid? an euanuit? an magis inualuit ad *vim* veneficam? an *spiritus*, quia non *mole* corpus, vagatur ergo *liberè*, vt ne *corporeum*? At *altius hæc penetrat*: quàm par est, forsitan: sed an vi suâ, an *spirituum* hâc illâc perreptantium, imò peruolitantium, & peruehentium? Cui *moles*, masse *corporis* compacta, hebes, ponderosa; vix illi (si quis) *spiritus* subtilis, leuis, tenuis, vt *altè* per se *penetret*. At *& locis distantibus actiones facilè imprimit*.

Ar. phys. l. 8. c. 2. t. 17.
Gal. vt. part. l. 3 c. 10. f.
Greg. Naz. in pasc. or. 2.
Nic. or. ead. p. 456.
Lull. theor. c. 51. f.
Onom. 1 p. 20
Seuer. p. 355.

Ad *distans* agit igitur; non ex contactu physico: quod magis physicum. An *actiones imprimit*, vt agat ipsa, an *loca distantia* vt repercutiant? At & *spirituum collapsus vires refocillat. Vis spiritualis* in *vires spirituum* & magis *facile*, & propriè vim exerat, exerceat, si inspirando se insinuet, quàm si liquore epotando inspergatur. Vix huius ea *vis*, vt *vires collapsas refocillet*, etsi huic sæpiùs repocilletur. Quin vinum per se magis, nisi alióqui lædat magis. At & *corroborat innatum robur. Innatus vigor*, & *innatum robur* (quod vtrobique Seuerino Balsamum) annon huic eadem? annon hic igitur *παυτολογία* eâdem phrasi, & eâdem paginâ? Nec verò huius mixti *poculenti* luculentus haustus tam corroborat, quàm meri moderatus, tempestiuus. At hæc *aduersus internum hostem Morbum quemcunque*. An & quamcunque intemperiem? quâ igitur temperie auersatur? an & compositionem vitiatam, & continuitatem solutam? nam & hi *morbi* sunt, & *interni* esse possunt. Quibus idcirco instrumentis vtitur? nam in organicis est opus instrumentis. An & Michelio

Mic.ap.chy. p.58. sunt *varia remedia, vt morbi, varijs è tartaris, sunt varij*. Sed vt concludat, imò vt ludat (nec enim modum sapit, nec figuram) attendamus. *Annumeratur igitur*, quo numero? quâ serie?

Vir.Geor.l.2. 104. *Est numerus: nec enim numero comprendere refert;*
*Quem qui scire velit, Lybici velit æquoris idem*
*Discere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ.*

At *inter vniuersales medicinas*. En tabulam Horatianam,

Hor.art.po.8. 3. *—vt nec pes, nec caput vni Reddatur formæ.—*
*—vt turpiter atrum*
*Desinat in piscem mulier formosa supernè.*

Iuu.sat.2.8. In fronte (sed *Prunti nulla fides—*) *aurum potabile vniuersalis Medicina dici meretur*: in fine (sed

Ou.ep.Deian. *—vltima primis Cedunt*) *inter vniuersales medicinas*: in turba: *numerus*: non præter, sed *inter* cætera.

Vir.ecl. 9.35. *—argutos inter strepit anser olores.*

Sic

Sic *serpit hedera inter victrices lauros.* Thersites ἀκριτόμυθος, Nireus ἀμύμων, *Margites qui multa nouerit, sed malè omnia, inter* ductores Græcos --ἐσθλὸν ἐπίστατο πολλὰ. At multum interest discriminis *inter aurum potabile, & vniuersalem Medicinam.* Quis autem audiat sic dictum aliquid, qui non id vnum & vnicum, id solum & summum autumet? Nec placent Chymici, qui plures dicunt *Medicinas.* Sed nec *potabile* potest esse *vniuersale*, nec *aurum φάρμακον* per se catharticum, quod nobis κατ' ἐξοχὴν *medicamentum* nominatur, vt huic *aurum.* Id fortè, quòd spiritibus vini Hispanici imbibitur, hoc habet Catholici; quia Rex Hispanus Rex Catholicus. Hic ergo vt vt viuit non vt Christianissimus, vix credit vt Defensor Fidei; at bibit vt Catholicus. Quo nomine cum toties *vniuersale* crepuerit, quidni hoc capite vel semel sonuit Catholicon? An nescit Catholicon & *vniuersale* idem esse? An quod Ecclesiæ est honorificum, id *Medicinæ* contemnendum? An sic Catholicum hic *respuit*, vt *cætera Michelius remedia?* imò sic auersatur, vt suum aureolum amasium nolit Catholici vestiri nomine? An quòd Catholicus non nemo dicitur per ironiam, hic *deridere putet* suum filiolum, si dicatur Catholicus, vt Ciceroni Næuius, *quòd iterum dicatur optimus; sed cui ne pilus boni viri?* An quòd Catholicos se multi nominant, qui tantùm Catapolici, aut nihil minùs, hic *vniuersale* itidem id nominat, quod vix est vnum, vix vllum, in rerum vniuersitate? *Catholicum* remedium dicit post alios, ab alijs describit Quercetanus, & aliud modestiùs Græci seu Arabes *Diacatholicon*; quod quosuis humores noxios vt plurimum euacuat: sed id è vegetabilibus; & purgandis humoribus accommodatum: hoc huius è Metallis; & in sequente capite *Catholicon remedium* inseruit potiùs *sistendo, compescendo*; qui si effectus veri, at vix *merentur* dici Catholici. At hæc *inter vniuersales*;

*Inter delicias quid facit ista fames?*

Hom. Il. 8. 13.
Plut. Alcib. 2.
Mic. ap. chy. p. 152.
Cic. or. pro Quin.
Quer. pharm. rest. c. 13.
Myr. ant. l. 1. c. 502.
Week. ant. el. l. 2.
Mart. l. 1. ep. 60. 2.

At

At famâ eſt *vniuerſalis*. Famæ eſt magnæ potiùs, quã bonę.

Iuu. ſat. 10. 140. — *maior fama ſitis eſt, quàm Virtutis.*—

Hip. leg. t. 1. Sic *Medicina*, vt Medicus; φάμη, ἐκ ψεύδεος. Hæc ergo huic reſpondeat; A te laudata ſcilicet,

Iuu. ſat. 7. 32. *Vt puero lunonis auis,*—

Ou. Met. l. 13. 802. *Laudato pauone ſuperbior,*—

cùm pedes nigros ſpecto, *inter vniuerſales annumerata* denique, *Demitto auriculas, vt iniquæ mentis aſellus.*

Hor. l. 1. ſat. 9. 20. Sed quis demum laudaror, imò adulator ſui,

Catul. ep. 19. 17. *Tam gaudet in ſe, tamq; ſe ipſe miratur,*

vt illi vltrà meritum hoc arroget?

Ou. Pont. l. 3. el. 9. 9. *Author laudat opus; ſic forſitan Accius olim*
*Therſiten ſacie dixerat eſſe bonâ.*

Iuu. ſat. 8. 32. —*ſic nanum Atlanta vocabit,*
*Æthiopem cygnum, paruam extortamq; puellam*
*Europen:* —

Crol. baſ. præf. p. 95. & *aurum potabile catholicon remedium*; ſeu id dolabrum Crollij, quod ligna omnia dedolet διηκριβωμένως. Addo è Libauio;

Lib. l. 2. ep. 24. f. *Eſt in fabulis Amadiſi Turris vniuerſi; eſt in Friſchlini comœdia puteus Indicus, in quibus quicunq; ſit cõſtitutus, videat audiatq; vniuerſa quæ in orbe geruntur (modò oculos aureſq; poſſit accommodare.) Eiuſmodi res fortaſsis eſt* huius *Medicina vniuerſalis, Aurum potabile.* Hîc ἐνθὺς requiro φάρμακον, ſed ἐν σώματι.

## CAP. VII.

*De multiplici vſu ac viribus noſtri Potabilis Auri.*

F. A. HÆc de Potabili Auro Medicinali tantùm (non illo tranſmutatorio) à Philoſophis decantata ſunt. *Noſtrum autem Magiſterium ex Auro de quo iam habetur quæſtio, quantas & quales ſuſtineat vires, in profligandis Morbis, & atrocioribus affectibus contemperandis, probatione non indiget vlteriori, quàm oculari experimento & quotidiano. Non deſunt vbique locupletiſſimi teſtes, in Aula*

*Regia;*

*Regia; in Ciuitate hac celeberrima; denique per vniuersam Britanniæ nostræ Insulam.*

## CAP. VII.

### *Abusus & virus multiplex in Auro hoc Potabili.*

*Ventum ad supremum est;* — ait æquus Iupiter Iunoni periniquæ, quæ voluit, potuit (vt hic ex illa) *infandum accendere bellum.* M.G. Vir. Æn. l. 12. 803. 804.

Huic ergo moribundo *non lingua valet:* — sed, vt iners poeta, extremo actu deficit: quum causa inclamat, *nunc viribus vtere totis,* Ou. Met. l. 10. 658. defectus planè viribus, elinguis, clumbis, eneruatus, languens, exscreat *Hæc:* quæ? qualia? quantula? ut priùs *decantata.* Nil nouum huius igitur; nihil quod *nostrum* dicat; nihil non notum, imò tritum in triuijs, in vicis conculcatum, à mimis *decantatum,* & è scholis explosum. At *à Philosophis.* Hi, vt Galeno alij, *Philosophos, Medicos se nominant, & nihil nesciunt, cum tamen sciant nihil; falsa cum veris pari pretio censent; ne senes quidem orationis consequentiam adhuc intelligunt.* Hi quid, & quales, sæpe iam dixi, semper neglexi. Sed an *hæc* omnia? Quid huius igitur, qui minimè Philosophus, vix dum μολις ηρως, Gal. sue nat. l. 1. *Quod mecum ignorat, solus vult scire videri?* Hor. l. 1. ep. 1. 86. Sed de quo denique? *de Potabili Auro Medicinali tantùm (non illo transmutatorio.)* Aurum ergo potabile est vtriusque generis, διαλυτον & ανιατον, ανιατον ἀμα διαλυτον; vtrumque poterit, an neutrum pariter? quo gradu sistitur? quo vultu cernitur? quo discrimine discernitur? An computâ parenthesi? an illud *tantùm,* hoc *illo? Tantum* id, si sit aliquid, vt nihil maius; quia *Medicinale. Illud transmutatorium* in Metamorphoses Ouidianas abeat ad auritum authorem Mydam. Et hoc, & illud pari famâ, facultate, fide. Quin hi, quod *decantârunt,* nôrint necesse, nisi huic similes, hic si-

milis cantoribus: sed hic non nouit quempiam, qui nôrit, nominare. Nec quispiam id sibi arrogat, nisi huic similis, hic similis ἀλάζων, qui vno verbo ad *hæc* omnia, responsum ferat illi assimile apud Ausonium in pædagogum,

*Miselle Doctor, ὦ tibi sit.*

Ausi. in pæd.

Cantor fortasse aliquis, quid cantet, nescit: nemo *Philosophus*. Citauit hic Hermetem, Raymundum, Paracelsum, Seuerinum, Crollium, quos hic, affirmo, non intelligit; imò addubito, an quisquam alius; imò & dubium, an se ipsi intellexerint. Sed sine dubio, nec hic, nec horum aliquis, *Aurum potabile*, quod *decantauit*, alterutrum elimauit. Si elimasset, ab ipsis audissemus in vtramque aurem: imò ipsis authoribus, nec ipsi tam citò, nec tam multi ab ipsis perijssent. At *nostrum* hic dicit *ex Auro Magisterium*. An quod alij participent? an quod solus sibi vendicet, quod quasi Monarcha, imò Monopola, venditet? Pluſquam Magistrum, *Regem esse oportuit*; & *Regem elegantem*; a-

Ter. Vir. ecl 7.37.

deoque *Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto.*

At & addit ipse, *de illo iam haberi quæstionem*. Si adhuc quæritur, nondum habetur. Etsi ἀρχὴ τῆς ἐυπορίας ἡ ἀπορία, hic tamen adhuc ἀπορεῖ. Id *Magisterium* adhuc mysterium, adhuc arcanum; later. At huic *non indiget* (hic verò indiget) *vlteriori probatione* (cum adhuc probatum nihil) at *oculari indiget experimento* (nec enim oculus hoc vidit aliquis, & illa indigens Philosophis probatio) *& quotidiano*: quotidiana quæ sunt, vix sunt medicamenta. *Experimentum* id σφαλερὸν, hic σφάλεται, fallit & fallitur: cui dicam ex illo illud,

Ar. ani. l. 1. c. 2

Τυφλὸς τὰ τ' ὦτα, τὼ τυφλὼ τὰ τ' ὄμματ' εἰς.

Plut. leg. l. 5.

Τυφλοῦται περὶ τὸ φιλούμενον. At (mirum) *quantas & quales sustineat vires*. Phrasis hæc se non *sustinet*, nullarum *virium*, vt anteà, nec fides rei. *In profligandis morbis, & atrocioribus affectibus contemperandis*. Ex aporemate indefinito quin reddit infinitum vniuersale, & addit, vt capite priore, *Morbis omnibus?* num puduit?

Sup. pag. 131.

Ou. Pon. l. 4. el. 1 28.

*--quod fecit, quisque tuetur opus.*

Hic

Hic autē obtinet, quod ille dixit de mercatumeretricio, *Inuēdibili merci oportet vltrò emptorē adducere; Proba merx facilè emptorē reperit, tametsi in abstruso sita est.* Vt ergo referēte Plinio, *herbā Dodecatheon in aqua potam omnibus morbis mederi tradunt; Panaces ipse nomine omniū morborū remedia promittit; Hyana cor in cibo potuue sumptū omnibus doloribus corporū auxiliatur; è qualibet malnarū succi cyathū dimidium si quis quotidie sorbeat, omnibus morbis carturū traditur; vrtica, incipiēs nasci vere, multis religioso in cibo est ad pellēdos totius anni morbos:* sic *melle, saccharo, & rore solis herbā, his tribus omnes morbos desperatos* Penotus ex Hollādo, sed soloecisticè, & falsò, *mederi* profitetur: sic vēditante Anthonio, nō huius magister modo *Mercurius* ter maximus, nec huius *Magisteriū* (ter minimū) *Mercurius Philosopherum*, sed hic ipse

*Hermes omnibus eruditus armis,*
*Hermes & gladiator & magister,*
*Hermes turba fui, tremórque ludi,*
*Hermes suppositittius sibi ipsi,*
*Hermes omnia solus, & ter vnus.*

Vt huic ex hoc Epigrammatario, *Omnia solus habes,* — imò è Satyrico ascribatur,

*Tantum artes huius, tantum medicamina possunt:*

sed caueat ab vtriusque versu insequente. Imò & caucat (sed *serò in medijs malis*) ab illo ne audiat,

*Omnia promittis, cum totâ nocte bibisti,*
*Mane nihil præstas.* —

Plin. Pæn. act. 1. sc. 2.
Plin. l. 25. c. 4.
l. 28. c. 8.
l. 20. c. 21.
l. 21. c. 25. f.
Pen. den. med præf.
Mart. l. 5. ep. 25. 2.
l. 3. ep. 36. 3.
Iuu. sat. 6. 495
Se. Thy. act. 3
Mart. l. 12. ep. 12.

Hinc enim Libauius, cum quasi Momus animus Chymicæ magniloquentiæ dixisset, *nihil Chymicū, quin essentiâ purissimū, gustu suauissimū, visu gratissimū, viribus tā efficax, vt singulæ res singularū sint instar panacearū, ad omne genus affectionū morborūq; incredibiliter sufficiētes; vt nihil tenerius, facilius, dextrius; tot panaceas, quot operas:* pro corollario demū apponit; vt *magnificī parachymicorū fumi pereāt: multa enim promittere in sanando, & parū vel nihil assequi, dignitatē*

Lib. l. 1. ep. 4. p. 57.
p. 67.

Ex Hip. præd. 2. dec. orn. Præc. & leg. Lib. 1. ep. 33. P.

*tatẽ artis nõ extollit, ſed proſternit*: ideoq; aſcribit illud Hippocratis, *Non oportet aſſeuerare, quod aliquid ſolum exhibitũ proderit.* Quin imò cum legiſſet apud Chymicũ quendã, *Nullum eſſe morbum, & ne cogitari quidem poſſe vllum, cui non ſit exigendo ſalſus & vitriolatus ſpiritus, adeo vt eo ſalis ſpiritu, quo corroſum ſit & potabile factum aurum, ab agone renocati ſint quidam domitiq; morti vicini morbi*; mox ſubjicit *miratus* an *iratus*, *Cur ergo tanta arcanorum, eſſentiarum, magiſteriorum, entium & aliorum* (non entium) *copia obtruditur?* Et addit alibi vel de Hermetica eſſentia cuiuis exhibitâ *errorem deteſtandum Paracelſitarum; nec enim morbos omnes & affectiones tam ſubtili medicinâ curari poſſe: imò in aliquibus nihil pernicioſius*: quod hic aduertat. Quin & huic æmulus erga eandem Thaidem Palmarius, eiuſdem procus an ſponſus Penelopes, vt vt antè in cœlum laudibus, acſi eloquentiam Hortenſius, *vniuerſale medicamentum* conatus eſt extollere, quin *Cælum* dixit, & *ignem expurgatorium, qui imperfectum perficit in inſtanti*, vt ſit *Hygeia, Dij Deaq; omnes Hippocratis, Deorum manus auxiliares Herophili*: quia tamen docendum, medendum, ex certis, perſpicuis, facilibus, *hoc ad ſe nihil dicit, quia non docuit, quid, quale, quomodo ſit; id πάγχυσον, παράνομον, quod adeò difficile & rarum, vt pro nullo haberi debeat, neglexit*: imò tandem cõcludit, *tot medicamentorũ ideas, quot morborũ*; & indignabundus, interrogat, *Quomodo vnũ ſimplextã multa poſſet? An poſſet & Chirurgica? An & non ſanabilia? Noluerunt* (ait) *Philoſophi, quod Philoſophiæ aduerſatur.* Hic tamẽ adhuc venditat *Aurum potabile exuberatum, ſuprà ſphæram exaltatum*: quod ergo tale non eſt; nec tamen *noſtro* vilius,

Ib. ep. 17.

P. Pal. in Lib. Iap. phil. c 14.

c. 24.

c. 1.

Iam. pal. p. 61.

p. 63.

Vir. Geor. l. 2. f Iuu. ſat. 3. 315.

*— pomiſque exuberat annus.*
*His alios poſſem, & plures, ſubnectere teſtes,*

eiuſdem ſortis, artis, partis. Sed mihi hos producere puto palmarium, qui etſi in me fidei minoris habeantur, in hunc tamen exceptione ſunt maiores: vt

*Clodius*

*Clodius accuſet mœchos, Catilina Cethegum:*
vt hic, quaſi Iulianus παραβάτης Apoſtata in Orthodoxos exclamet, *ἐνικήσας Γαλιλαῖε.* Viciſti Galilęa Veritas. At huic *non deſunt* (nedum adſunt) *vbiq́* (vbiq́ue? hinc *quam habitat.*) *locupletiſſimi* (num loculos implerunt huic vrnæ Belidum? ) *teſtes* (an imperitiæ? an impoſturæ? ) *in Aula Regia* (quam conſpurcauit priùs *morbis graſſantibus venereis*, acſi diceret, Venereis) *in Ciuitate celeberrima* (quę minùs celebris ſi tali fidat medico, talem ferat medicinam) *denique per vniuerſam Inſulam:*

Sat. 2. 27. Am. Marc. l. 22. Matt. l. 7. ep. 72. 6. Sup. c. 5.

*Oceanum imperio, famam quin terminat aſtris?*
*ſiue bonum, ſiue malum, fama eſt:* hic ſat habet,
*— alterutrà clarescere famâ.*
ſit locuples modò. Sed malum quo communius, eo deterius: graſſatur, depopulatur, deprædatur peius morbo remedium. Quod πρωτεῖον, quod *πυρὸ παμέγιστον noſtræ Britanniæ* ab hoc ſe vindicet, cui teſtificatur *Aula Regia, Ciuitas celeberrima, vniuerſa Inſula?* In his nõ poſſunt vtique *deeſſe teſtes*: ſed teſtes tam de malo, quàm de bono; in hoc de illo potiùs, eóque potiores. Quid ergo? *Rex hunc in oculis?*

Vir. Æn. l. 291 Iou. embl. Heroſtr. Ter. Eun. act. 3. ſc. 1. Iuu. ſat. 14. 115. Per. ſat. 2. 37. Plut. non ſua. vi. Epic. Per. ſat. 1. 38.

*Artificem egregium populus putat, atque verendum?*
*Hunc optant generum Rex & Regina? puella*
*Hunc rapiunt? quicquid calcauerit hic, roſa fiet?*
Ἐκφέρουσιν δ' ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὡς εἰσορόωντες·
*— nunc non è manibus illis,*
*Nunc non è tumulo, fortunatáq́ famillâ*
*Naſcentur viola? —*
*— nunc leuior cippus non imprimet oſſa?*
Cur non cum triumphante Conſule
*— curru portatur eodem?*
Cur non hic Ariſtippus, *— equus quem portet, alat Rex?*
cui eſt ab ortu datum
Κεῖν' ἀρετάων, ἃ ὑπείροχον ἄμμορας ἄλλων.
Cur non aſciſcitur Comes Imperij, vt alibi minores alij,

Iuu. ſat. 10. 42. Hor. l. 1. ep. 17. 20. Hom. Iliad.

si hic tam magnus, quàm se prædicat? Pompeius putà
Val. Max l. 6. c. 2. *Magnus* (sed *nostrâ* forsitan *miseriâ*) si vt illi *testis Italia, testis Sicilia, testis Africa, testis Gallia, testis Hispania*, sic huic
Cic. pro leg. Man. *testis Aula, Cinitas, vniuersa Insulâ.* Verùm cuigila Anthoni;
Eras. adag. somnias. *Thesaurus carbones* tibi. Naues, quæ in Pyræum appellunt, non sunt omnes tuæ: nedum merces. Vno verbo, an prouerbio, de his omnibus te moneo, χυνὶ χάσκων ὄυ.
Mart. l. 1. ep. 34. 4. Fruſtra es igitur; nec fidem *testes* faciunt; nec illi μάρτυρες δὲ Δίος Νίλεως ἀδύκεσι. *Ille docet verè, qui sine teste docet*; mutatâ Epigrammatarij literulâ. Sed moneat te Sapiens,
Prou. 27. 2. *Laudet te alienus, non os tuum.* An prædicas quod non feciſti? an aliquid feciſti quidem, vt prædicares aliud? Nam
Lucil. σεσωπῶν edidiſti, οὐχὶ πρόσωπον. At tandem ad triarios, an ad reſtim res redijt? Effecta numerantur, non ponderantur vtique, recenſentur, non cenſentur.

Ou. Met. l. 13. 824. *Pauperis est numerare pecus.*--
Mart. l. 6. ep. 34. 8. --*pauca cupit, qui numerare potest.*
l. 11. ep. 9. 11. l. 12. ep. 96. 11. At tu *Singula quid numeras? non sunt satis: omnia misce.* Imò *Elige quid nolis: quis enim pudor omnia velle?*

Magnum catalogum è quodam non magni nominis Bartholomæo *Caritterio* (etsi reperitur *in thesauro Euonymi*) paullo minorem ex Empiricis *Rulandi* senioris, ne videretur ἀναλφαβητὸς, alphabetarius Empiricus hic priùs recitauit: ex illo *ad morbos particulares specifica vehicula* saltem triSup. pa. 56. 57 59. 60. Rul. emp. cur. cent. 2. cu. 96. ginta duo; ex isto *effectus in morbis persanandis è Spiritu vitæ Aureæ* (vt hic, vix ille nominat) viginti octo, omissis saltem sexaginta quinque. Iam tandem sola sex sortitur paragrapha, non seligit: nec illa probat solida, sed vt scorta prostituit vestita *Auro*; aut suspendit vt hederas vino impostorio, vix ἀσφαλῶς *Potabili*. Sed & in illa farragine, seu furum manipulo, cum suboleuerit hæc crambe hexaphyllos, cur ad nauseam recoquitur? An vt

Iuu. sat. 7. 154 *Occidat miseros crambe repetita magistros?*

An quòd illis duobus non satis fortè fidei, vt nimia narrantibus,

rantibus, fides Punica Anthonij pudentiùs adiungitur, vt cui de ſex ſolis præ illis credi poſſit? An quòd qui crederent ſex illis prælibatis, induci, circumduci poſſint facillimè (vt fit in quauis hæreſi) fidem ne derogent præſcriptis ſubſcriptis cæteris? An mihi denique moleſtiam vt exhiberet?

--ἐχθρὸν δέμας ἐστὶν Ἅϊδος εἰδώλοις εἰρημένα μυθολογήσειν. Hom. Odyſſ. μ

Sed ecce *Ardet odoratum populo caput, & crepat ingens.* Iuu. ſat. 10. 62.

Ecce *Quò promiſſa cadant, & ſomnia Pythagorea.* Hor. l. 2. ep. 1. 52.

Verùm age, --*de vitribus vltima fiat Quæſtio.*-- Iuu. ſat. 3. 140

*Dirum illud vomitionis malum, vbi omnia ingeſta reijciuntur crebrò, tàm alimenta, quam Medicamenta cum aſſiduo cruciatu ac tortura totius corporis (lugendum ſpectaculum) Indomitum inquã atque inexpugnabile hoc malum, portiuncula minima potionis noſtræ Aureæ compeſcit ibicò. Latitantem enim intus quemcunque hoſtem ſemper domat, & mitigat ferociam eius, eumq; temperat ex temperata ſua natura. Nunquam non victor euaſit Eſſentia iſta.* F. A.

Inprimis *illud dirum* (an Dei irâ immiſſum?) *indomitum* (an hic ferarum domitor?) *inexpugnabile* (quod expugnari non poterit, hic poterit expugnare?) *vomitionis malum*: nec ſemper *malum vomere*, & huic pro bono ſæpiùs *Paleariana pilulâ*, vt *ſpiritu Rulandi aureo*, ciere, excitare, incitare *vomitum* horrendum, lethalem, execrandum: ex quo M. G.

*Purpuream vomit ille animam, & cum ſanguine miſta*
*Vina refert moriens.*— Vir. Æn. l. 9. 350.

Quid quod *vomitio* vt Celſo *inutilis*, ſic & eſt *vtilis*; hinc quibus diſtinguenda: an critica, vt ſinas, an ſymptomatica, vt ſiſtas: an voluntaria, vt feras, an violenta, vt auferas: an ex conſenſu, vt petatur: ltiùs, an per ſe ventriculi, & quâ illius parte, vt peccet inibi humorum copia vel prauitas. Quid quod *vomitio vomitionem ſedat*, ſanat ſæpiſſimè, naturâ, arte, ducente, docente: num ergo ἰατρικώτερον continuò ἀλεξιτήριον; num non eſt *vomitorium* quod tamen ſiſtit *vomitum*, quòd tollat cauſam? Quid huic *vomitio*? *vbi* Cor. Cel. re. me. l. 1. c. 3.

*ſit*

*ſta omnia reijciuntur crebrò. Ingeſta* huic ſunt plurima, quæ ſunt digeſta peſſimè. In Cholera, quæ *reijcit* & deijcit, non ſurſum *omnia*, quia deorſum aliqua, fortaſſe plura, ſi æger magis κάτω πυῤῥόχολος, quàm ἄνω, vt Eudemus philoſophus, quàm Paulus Rhetor. At *reijciuntur tam alimenta, quàm medicamenta, omnia.* Nec illa verè ζῶα, vix εἴδωλα, fortè μίλλοντα vincuntur à natura; nec hæc, vt decet, aſtringentia, naturam vincunt; nec hæc ſi fugiant, *aurea potio* valebit conſiſtere, reſiſtere; nedum & ſe & illa ſiſtere. At hoc fit *cum aſſiduo cruciatu ac tortura totius corporis.* Si tantùm *crebrò*, non *aſſiduo*. Etſi oris ventriculi ex neruis à ſexto pari ſenſus eximius, vt *ſenſum* huic *ſextum* deferat vix eò rectè ſentiens Ieſſenius; niſi tamen à toto corpore (quod rariùs) eò ſit fluxio, & quod Hippocrati ξύρροια μία, ξύμπνοια μία, ξυμπαθέα πάντα, *totius corporis* non erit *cruciatus*, nedum *tortura*, quæ σύμπτη è ſpaſmo cynico, non ſtomacho ex *vomitu* à Medicis aſcribitur. At *lugendum ſpectaculum* ab hoc tragœdo, imò, & αὐχρὰ ξυμφορὰ, hoc *dato pharmaco*, hunc ἀνασῶσαι, *interimere*, non interire. *Hoc* autem *malum* ilicò (vbi actum eſt ilicet, ſcilicet) *compeſcit* (an vnà paſcit, an intra paſcua coercet?) *portiuncula* vel *minima potionis Aurea.* O magna *potio*, ô parua *portio*. At *ſpiritus Rulandi aureus ad ſeſqui-vnciam, vel duas vncias* exhibitus, nõ ſolũ *deiecit aluo*, ſed *proiecit ore*, & *potio* inſcribitur *cholagoga, phlegmagoga, hydragoga, pneumatagoga, & panchymagoga*, vt agat plurima, *compeſcat* nihil. Curatos audio vomentes eo ſpiritu, vt & *extracto eſula*, & *aquâ benedictâ*, ſeu *vomitorio ruptorio*. Quin huius ex Catalogo A B C edario eâdem phraſi priùs editum, nunc redditum (num creditum, quòd crambe otioſâ, odioſa?) vt *vomitum compeſcat & ſedet.* Sed num eodem ſpiritu ſorbere, flare, calidum, frigidum? num vno agente, vno actu, reſpectu, motus contrarios, ciere & ſiſtere, concitare & ſedare, irritare & *compeſcere*? Ne dixeris: hîc potiùs — *digito compeſce labellum.*

Gal. temp. l. 2. c. 6.
Vict. mor. 26. l. 2. t. 29.
Hip. alim. ſ. 2.
Io. Ieſſ. anat. Prag. p. 40.
Hip. ib. ſ. 4.
Med. pur. ſ. 3.
Rul cen. 3. cur 78. 79. 84. 2. cu. 96. 6. cu. 14.
Sup pag. 60.
Iuu. ſat. 1. 160.

Pax

Pax ſit, non bellum protinùs; nec ſimul & ſemel, ſurſum, deorſum, quoquouorſum motus. Contraria contrarijs vt conſequantur inuicem, vt quies motui, & ex contrarijs, intelligo: & vt ſublatâ cauſâ effectus auferatur, ſe mutuò pellentibus contrarijs; nec ſit *reiectis omnibus* quod ejiciatur ampliùs, admitto: quin probo, vomitorijs vt demum *compeſcatur*, & quaſi *à Neptuno fluctus, componatur vomitus.* Virg. Æn. l. 1. 139. *Sed non ſat cõmodè diuiſa ſunt temporibus tibi Dauę hæc*; nec Ter. And act. cauſis diſtincta, nec modis illuſtrata. Vt ille ergo ſpiritus, 3. ſc. 1. ſic *Aurea* hęc *potio* dicatur *vomitoriũ compeſcens vomitum.* An non eſt vomitorium? Ille iam ex profeſſo, eiuſque profeſſore. In hâc, vt pilulâ Palmarianâ, ineſt *mercurius*, & forſan *aurum:* ſed illa pilula & vomitoria & deiectoria, magis *perturbat omnia* quàm *Danus* aliquis, vt ſuo malo aliqui ab hoc ſenſerunt olim, priùs vt prodidi, & quidã nuperrimè, vt audio, dum hęc ſcribo. Et *puram auri quintã eſſentiam ab Algureto concinnatum qui* Quercetano ſuffragante *ſemel ſumpſit, ex eâ bis euomuit.* De paribus quin par iudicium? At hæc *compeſcit ilicò.* Quâ ratione aliâ? An vt *Rulando oleum vitrioli?* Hem ſerua: huic num ineſt? An ex aceto radicato ſæpiùs deſtillato, ex *aqua Raymundina*, eiuſq; acredine, aciditate aſtrictoriâ? Ne proſit extrà potiùs, aut obſit intrò, dubium. Nec *auro* itaque hoc tribuendum, ſed aſtringenti menſtruo: nec aſtrictiuum acidum eſt *in vitriolis* iam exhibendum, quod ebullitionem impediat, virus à circumferentia ad centrum reuocet, nec quod *in febribus obſtructa deoppilat, in illis & paralyſi ſudorem cito promouet, vrinam ſoluit*, id aſtringendo veriſimile vt ſiſtat *vomitum.* At *hoſtem quemcunq;* (is ἐχθρὸς meliùs dicatur ὁ ὠνὺς, quem dicit ipſe *latitantem intùs*, quem cum inuenerit, proferat, proterat, protrudat meliùs, quàm) *domet* (quem dixit modò *indomitum*) num *domat*, vt domi alat? vt ſit domitus domeſticus? ſed cicuratus, non ſecurus. At & *mitigat ferociam eius.* Minus eſt, quod mitius; id *dirum*, ferum, *ferox*, ſi *domitum*, ſc. 4. Sup. pag. 52. Quer. tet. c. 33 Rul. cen. 3. cur 44.

est nullius. Huic hic non κλίμαξ, non ἄυξησις, sed μείωσις. Hinc *eum temperat*. Hîc ægrè sibi temperat à macra lepto-
Cic. in Ver. act 4. & 3. te: nec tam vult *hosti temperare*, vt Cicero, quàm *hostem*,
Mar. l. 10. ep. 48. 3. vt *thermas* Martialis. Id *malum* si *inexpugnabile*, vix *temperari* poterit: hic modum nescit, quo moderetur. At id *ex temperata natura potionis*: quæ, siquis modus est, at ægrè sense-
ris, nedum hic dixerit, quâ sit temperie, an calidâ vehiculi, an frigidâ menstrui; vtrâque minùs temperatâ: nam

l. 6. ep. 93. 12. *Omnia cum fecit, Thaida Thaïs olet.*

At *semper domat, nunquam non victor Essentia ista*. Io, Io Pœan: trophæum, an triumphum huic decernat; quæ

Ou. Met. l. 13. 733. *--si non omnia vates*
*Ficta reliquerunt, aliquo quoq; tempore victrix?*

Gal. met med l. 1. c. 2. Sic *ista victor euadit* (hoc si euadat Grammaticorum feru-
Thucydid. lam) vt ἰατρικῶς scilicet Thessalius. Cum cadit Pericles,
Fra. Rab. Pant l. 5. vincit tamen. Reginæ *Quint Essentiæ* laudes, lautitias, *vires*, virtutes, magnificentiam, munificentiam, *miracula* qui velit nosse, vt Luciani fabulas, legat is Medicum maioris famæ *Rabelais*, *Franciscum* quoque, maiorem inde voluptatem sentiet, & veritatem parem.

F. A. *Vt vomitum, ita & alui fluxum nimium sistit: non constipando ventrem vt moris est, quod nonum sæpenumerò faceſſat negotium, vnde etiam posterius malum priori peius quandoq; euadit: sed confortando collapsas membrorum ac spirituum vires, aut redundantium humorum acredinem ac ferociam nimiam mansuefaciens. Ita tamen immoderatum fluxum restringit, vt non desit debita ac quotidiana excretio, naturæ nostræ consentanea.* ℣.

Dysenterijs medetur.

M. G. *Vt vomitum, ita & alui fluxum nimium sistit.* Tam hoc, quàm illud fortè; neutrum probè. *Alui* quem *fluxum* dicit? omnem? Non omnium par ratio, si docta comparatio; nec vna curatio, si cura ægri cauta, recta medentis ratio. Nec parum refert, quantum differt hic ab illo. Permultum interest; & quid intersit scire, multum medentis interest. Num & κοιλιακὴν διάθεσιν; num & λειτουργίαν; num innuit & διάῤῥοιαν? his *alui fluxi* singulis. Imò è margine intelligas

dyſen-

*dyſenteriam*. Hæc illis grauior: hic leuiores negligit. In tex-/tu genus eſt; in margine ſtat ſpecies; in praxi conſtat neu-/trum. Tam incruentum igitur fluorem ſiſtit, quàm cru-/entum? tam vbi vlcus putridum, quàm vbi non eſt vlcus? in inteſtinis tam tenuibus, quàm craſſioribus? *dyſenteriam* tam ἁπαρὰν, quàm duplicem ἀμφιπρὸν? Tam, quàm: tan-/quam hic omnia, quæ velit, poſſit; quæ ſcribat, penſet, præſtet. Catharticum (quod καθαίρον) in pilula *hydrargyri* & *auri* vidimus: in auro candente potionibus intincto quid-/dã cathectici agnoſcimus; in quouis *auro* nihil cathartici: at nimis in *mercurio*, ſatis in *menſtruo*, quod inde κάθαρσις, ſatis in *aquâ Cœlica*, quæ potiùs hoc nomine dicatur Cœliaca. At nunc quæritur καθολικὸν. Quin vt *vomitio vomitionẽ*, ſic *& purgatio dyſenteriam ſanat*; nõ quòd ſimilia pellant ſimi-/lia, ſed quòd hæc cauſæ primùm ac per ſe aduerſẽtur mor-/bo ex accidente; aiunt Fernelius & ab Altomari; vterque ex Galeno vbi Hippocratis interpretatur illud ὁ λύγξ ὁ νῦν πάνυ, vt dubites, ἰσχάσασθαι an dicas, an ὅτι ἰσασθαι τὸ ὄμοιον. Hinc *vitæ ſpiritum* Rulandus *aureum in dyſenteria*, *rubeum in lienteria*, *in diarrhœa cum vomitu aquam benedictam*, vt *in dyſenteria aquam terræ ſanctæ* iterum atque iterum exhi-/buit; ſed quibus ſuprà, infrà, ore ac aluo expurgatum. Nec nos clyſteras modò abluentes, alentes, abſtergentes, aſtrin-/gentes immittimus; ſed & admittimus quædam cathartica, quæ quandam habeant aſtrictionem, quâdam emun-/dent vlcera, imminuant acredinem, & ſeruent partis to-/num, quale rhabarbarum puluerizatum, myrabolani, ta-/mar Indi: nec tam laudamus Laudanum ex opio, quàm quædam opiata, in quibus parum opij, ſed opis plurimũ. Hęc autem huius *non conſtipando ventrem* (an hoc ſtupam in-/gerere, vt naui perforatæ? an in ſtupham compingere, vt quidam ſolent ſic affectos?) *vt moris eſt*; ſed mali, hoc iu-/dice morum ſub quo cadunt Methodici ſed ij ἀμέθοδοι), qui duobus verbis negotium confectum putant, vt laxa

Sup. pag. 52.

Hip. aph. 60. 61. ſ. 5.

Fer. met. mẽ. l. 1. c. 2.

Don. Alt. med. c. 67.

Gal. in Epid. l. 6. com. 2.

Ru. cen. 4. cur. 92. 73. 25. 1. & 2. cur. 23. 45.

aſtringant, & aſtricta laxent. Galenicis mos alius, & methodus eſt alia. At *id nouum ſæpenumero faceſſit negotium* (tincturâ forſitan adhibitâ) *vnde malum poſterius grauiore pœna.* An doctus hoc dicit, an expertus magis? Empiricis Chymiſtis ſi quibus alijs, id Græcum dici poteſt,

Ant. Mur. var. lect. l. 12. c. 1.

Τὸ φάρμακον οὐ τὸν νόσον μείζω ποιεῖ.

l. 15. c. 12.

Sibi Anthonius vt reddat rationem,

Τίνων δ' ὀνήσεως ἕνεκα;

At *hæc Eſſentia* (inuitis & iratis Ciceronis Manibus, an autibus) *confortando collapſas membrorum ac ſpirituum vires*: an medicamentum dicitur, an alimentum potiùs, cuius ingeſti *portiuncula* magis refercit, reficit, quàm pondus prægraue elisit, elicuit humoris iam egeſti, an magis excrementi? Ad opus hoc inteſtinorum, quibus eſt *membris* opus? qui ſunt huic *ſpiritus*, quibus ſunt iterum *collapſa vires*? In illis ſi ſufficiunt, rarò deficiunt in iſtis *ſpiritus*. Hîc *vis* retentrix *labitur*, expultrix prævalet. At hæc aut *vires confirtando, aut manſuefaciens* (datis veniam Grammatici, ſi Priſcianus huic vapulet?) *acredinem ac ferociam nimiam humorum redundantium*: quin dixit potiùs, vt Chymicus, ſalſæ, ſulphureæ, tartareæ, mercurialis materiæ? Sed rationem adnotet, quâ manſuefaciat, quæ *acria, ferocia, & redundantia*: in ipſum ne redundet id dictum Ariſtotelis, Ælian. va. hi. l. 9. c. 23. ὡς βουλόμενος θεραπεύειν, χαλᾷ ἀντὶ ἀνάγκης, ἄνευ λόγου. *Ita tamen* (dicit, acſi dixiſſet quippiam aduerſum anteà) *immoderatum fluxum hæc reſtringit* (moderatrix egregia, reſtrictrix ſtrenua) *vt non deſit debita ac quotidiana excretio, naturæ conſentanea. Naturæ* ſcilicet, non huic tincturæ, tribuendum: *Naturæ* non ſenſus modò, non conſenſus, ſed opus hoc totum, quale & quantumcunque, totum *Naturæ* eſt. Hip. epid. l. 6. ſ. 5. t. 1. am. 16. Φύσιος ἔντοσι. Sin medicinæ quippiam miniſtræ, non magiſtræ, ſanatus dyſentericus acceptum retulerit, in medicinam incidit (ait Hippocrates) non hîc in medicum; ὃς ἰητρῷ μὴ χρήσαμενος, ἰητρικὴ τυχεῖν.

tium

*Uriaæ succurrit difficultatis: eiusque stillicidio ex acredine confluentium vrinarum, aut propter infestos humores de corpore emanantes.* F.A.

Vrinam retentam soluit, & nimiã sistit.

At & *succurrit* (non occurrit, sed succenturiata currit, vt suppetias suppeditet) *vrinæ difficultati* (quæ Græcis δυσουρία) *eiusq; stillicidio*, (quæ στραγγουρία) sed vbi ἰσχουρία; vbi διαβήτης; vbi ἀκράτεια? nempe in margine; *retentam vt soluat, sistat nimiam.* Annon ἀντιπογία; ab eodem contraria? Mittantur morbi, symptomata: quærantur causæ, curatio. Vnde *difficultas?* vnde *stillicidium? ex acredine confluentium vrinarum* (vnius vnam dicant Grãmatici, vt vnum Medici & receptaculum, & emissorium) *aut propter infestos humores de corpore emanantes.* Si *infesti*, ferè *acres*; si *emanant*, vix *difficultas*, nedum *stillicidium*, si *de corpore*, sudor est magis, quàm *vrina*. Sed vbi intemperies, tam frigida, quàm calida? vbi obstructio, vlcera, carunculæ, calculi, grumi, tumores, sanies, alia? A quo demum sanantur? Vno verbo, non vno remedio vterque morbus; sed contrario contrarius cautè accommodato: neuter *Auro potabili*; nam hoc vt his contrarium?

M.G.

*In Epidemicis & Peste correptis Catholicon est Remedium, si tempestiuè sumatur. Grassante nuper Peste in hac Ciuitate, testimonia apparebant satis ampla.* F.A.

In Peste correptis.

At & *in Epidemicis* (morbis) *& Peste correptis* (hominibus) *Remedium est Catholicon.* Vox tandem excidit, quam hic exhorruit: at non maioris fidei, quàm si *Catholicum* se dicat non *Catholicus*, vt multi solent. At fortè conuenit *Catholicis* cum *Epidemicis*. Sed num *Pesti Remedium?*

M.G.

*quæ sæuit ignis* — — πῦρ ἀγρίον — Vir. Geor. l. 3. vl.

— *cuius cœlestis origo*; in qua non solùm πῦρ θεῖον magis; quæ

*Diua lues populis iræ Iunonis iniquæ,* Ou. Met. l. 7. 524.

*Vix visum est mortale malum.* — 526.

quasi aper Calydonius,

— *infesta famulus vindex & Dianæ.* l. 8. 273.

quasi vulpes,

l.7.764. *A Themide Aonijs immissa est bellua Thebis:*

quasi lupus à Nereide in armenta Pelei effusus,

l.11.370. *Qui quanquam sæuit pariter rabiéq́, fameq́,*
*Acrior est rabie,-- --sternit q́, hostiliter omnes:*

aper nimirum feritate, subtilitate vulpes, lupus vastitate: feritate adoritur, subtilitate se insinuat, vastitate depopulatur: à Diana scilicet, quòd ab influxu syderum; à Themide, quòd ab irati, sed iusti numinis inflictione; à Nereide, quòd à vaporum affluxu è terra, è mari: influxus syderum malignitatem, numinis inflictio mortalitatem, affluxus vaporum contagionem vt concludat.

Nat. Co. my. l.7.c.3.

Ou.ib.l.7.562 *Nec moderator adest, iná, ipsos sæua medentes*
*Erumpit clades, obsunt q, authoribus artes.*
Sen.Oed. act. 1. *Cadunt medentes; morbus auxilium trahit.*
Ou.ib. 528.566. *Exitium superabit opem--*
Sen.ib.chor.1 *--finemq́, vident in funere morbi.*
Her.Oet. act. 4. *--premitur q́, iuncto Funere funus.*
*--ô malum simile Herculi. --hoc solum Herculem*
*Non posse vidi:-- --vincitur victor,--*

3. & Quercetani Alexicacus, & Bouij Hercules. Huic tamen malo εἰ κακῶν κακίστῳ, non κακὸν κάλλιστος hic audet se opponere armatum solo poculo? quanquam quid non audet, quò non vadit auro onustus? cui ἀμαθία μὲν δεδόσθαι, λογισμὸς δ' ἔκπον φύσει. id δεδόσθαι cum sit ἀμαθείας καὶ ἀναιδείας ἔκγονος Gregorio. Ideoque πολυμηχανώτατος πῶς εἰσιν οὗτοι, περὶ ὧν ἐκλογίσασθαι, ἀπορία πᾶσα, Galenus vt aduertit. At huic solum *Remedium, si tempestiuè sumatur*; id est, si nec antè *correptus*, nec *peste* posteà corripiaris. Cautum vtcunque, si vtrumque certum.

Quer.pest.al. Zef.Tho.Bou flag.med. Thucid.l.2. Greg Naz. Gal.ord.li.c.2.

Ou.rem.am. l.1. Sic & Poetæ *--data tempore prosunt;*
*Sed data non apto tempore vina nocent.*

Si prodest, *tempestiuè*; sin minùs, intempestiuè *sumptum* puta; vt bonum putetur, quod potatur, nec sumptus pœniteat. Est quidem anima medelæ ἰοκαιρία,

Hip.ep.ad Crateu.

-κακί-

-καιρὸς δ' ὃς πᾶσιν ἄριστος Παντὸς ἔχει κεφυάν. Hesiod. oper.
Ὡς μέγα τὸ μικρὸν ὃσον ἐν καιρῷ δοθέν. -πάντα γὰ καιρῷ καλά. Pind. Pyth. 9.
adeoq; Καλὸν τὸ καλὸν, ἢν τι μὴ καιρὸν τύχῃ. Menand. monostic.
Sed hanc tam καρδιαγνώστης Deus, quàm καιρογνώστης Medicus, πρὸς καιρὸν ἴυθυντὴς, ὑπὸ καιρὸν, κατὰ λόγον. At qui *sumpserunt* Soph. Oed. tyr. Cre.
tempori istud *Catholicon*, vt προφυλακτικὸν hoc prædicent, Gal. opt. sect. Hip. ἰνχ.
ἀναίτιον ὡς ἄπιον, si forsan *peste* non *corripiantur*; nempe quòd nesciant, an alióqui forent corripiendi: sin nihilominùs *correpti*, minùs hoc prædicent, vt ὀψιμαθὲς ἀλεξιφάρμακον, nempe quòd plurimi hinc interierint; pauci, sed alijs, recuperati. At *satis ampla testimonia* (num scripta literis latè patentibus? num Regni aut Vrbis Sigillo consignata? num compensata publicis stipendijs aut priuilegijs?) *apparebant*: φαινόμενα, mox disparentia; aut vt in illo præpinguis Galli epitaphio, *Hic iacet vir Amplissimus*. Sed quando? vbi? *Grassante nuper Peste in hac Ciuitate*. Grassatorem sensimus, ἀπιχερῶτα ἀπίκαιρον non vidimus. Grassata per nouennium, num huius arte emacruit, ope euanuit, *auro* exempta exulat? In *Ciuitatem* impius, ingratus, tam diu qui distulerit quod nôrit priùs propulsare: sin tandem propulsârit, ingrata in illum *Ciuitas*, si non agnoscat, imò remuneretur: sin factum venditat, quod non est factum, appellet de eo *testimonia*, annon hic impudens? Ditissimus si possit esse, qui semper certò curet morbum leuiculum, ἰδιοπαθίαν, annõ hic Myda, Crœso, Crasso diuitior, vt *alat exercitum*, qui præter alios tollat grauissimum? En *testimonia* quò *ampla* recidant. Vbi frons? vbi fides? Talem Antidotum iam iactitat hîc quidam Italus (vt audio) sub *amplis testimonijs*, non modò à venenis quibuslibet assumptis, sed vt *à Peste, si tempestiuè sumatur*, per decem annos vindicet; eiq; non canes modò, sed Doctores, Musicus, Medicus, actor ille veneno & antidoto ebibitis, hic spectator ἀνυπόδητος, vterque præco, *testimonium* perhibet: quam tamen (etsi experimento refutatam) quia ex viperis quasi Theriacam, Cic. off. 1.

riacam,

riacam, à Crollio, eiúque Germano altero nuperrimè diuulgatam intelligo, vt tutiorem, veriorem, valentiorem huic antefero: quòd à venenis vomitum, in pe[illegible] sudorem inferat, qui causam auferant. Nec tamen excidit memoriæ, vt *peste* occiderit memoriâ & immortalitate dignissimus Imperator Antoninus Philosophus, etsi indies propemodum Theriacam Andromachi, Galenen dictam, suasu Galeni sumpserit.

Iul. Capit. vit. Marc.

Gal. ther. ad Pis.

F.A. In Ardenti febre.

*In ardenti febre, & acutis huiusmodi Morbis, vbi spiritus incendio flagrant, hæc Medicina dicto citius (quod aiunt) vasorum Naturæ orificia obstructa deoppilat, spiritus liberat in refrigerium Cordis iam effervescentis, madidumq; paulatiùs inducit sudorem sanitatis præmuncium.* ❧.

M.G.

At & *in* (pesti cognatâ) *febre ardenti* (feruet vt πυρέλη quæcunque febris, hæc ardet, vt τὸ πῦρ, ᾧ καῦσος) *& acutis huiusmodi morbis, vbi spiritus incendio flagrant*: est causos καυσὼς seu *peracutus*, quo non tam *flagrant spiritus*, quàm intra vasa humor bilioſus accenditur; non σύνοχος, sed συνοχή. Solis *spiritibus* efferuescentibus diaria excitatur, ἐφημερὶς, ἐνδὸς, πρωΐτερος, vt animal ephemeron: vt aër in balneo, in vtre ventus, ita in corde spiritus, calorem concipit faciliùs, sed & ponit faciliùs, quàm aqua, parietes; quàm humores, partes. *In ephemera* Fernelio *cordis spiritus incaluit*, humores & substantia *duntaxat calent: in putrida, cum spiritu humor incaluit, solùm calet substantia: in hectica & spiritus, & humor, & substantia incaluit*. Quin sunt *acuti* alij, & fortè peracuti, quibus nec hoc *incendium*, nec febris ἰσχὺν συνοχὴς ἀχόρτους, etsi & tempus breue, & motus celer, & imminens periculum, & sedes nobilis; vt sunt epilepsia, apoplexia, conuulsio, tetanus. At his *hæc Medicina dicto citiùs* (quasi tridentifer, cui dictum factum,

*Sic ait, & dicto citiùs tumida æquora placat*)

*vasorum Naturæ orificia obstructa deoppilat;*

*Collectas q; fugat nubes, Solemq; reducit.*

Gal. diff. feb. l. 1. c. 2.

Viat. Const. l. 5 c. 1. f.

Fuchs. inst. l. 3. s. 1 c. 10.

Fer. pathol. l. 4 c. 2.

Hip. vict. ac. l. 1. t. 7.

Gal. in aph. 31. s. 5.

19. s. 2.

Vir. AEn. l. 1. 146.

147.

(*Hæc*

*(Hæc vbi dicta imò) venti, velut agmine facto,*
*Quâ data porta ruunt, & terras turbine perflant.*

Nunc *vasa deoppilat*, quod modò *orificia* ventriculi, intestinorum, vesicæ compescuit, obstruxit, obserauit? At *liberat* (occlusos) *spiritus* (flagrantes) *in refrigerium (pian barbier, che l' acqua scotta) cordis iam effervescentis.* Num *Cor efferbuit* in his *acutis*, quos iam dixi, frigidis? num vnquam *auro potabili* deferbuit, in peripneumonia, pleuritide, phrenitide, synanche, causo, cholera? In his materia facillimè accenditur, cursus celerrimè conficitur, affectus vrget acerrimè, premunt symptomata grauissimè: sed in hoc nihil frigidi; quid ergo *refrigerij?* Quin etsi *obstructio* putredinis, putredo phlegmones, an mater nescio, an magis filia, sat scio consobrina, saltem sint comites se consequentes inuicem; est tamen & obstructio sine putredine, & putredo sine phlegmone, & phlegmone sine alterutra, & febris aliqua sine illarum aliqua, sed illa non est putrida. At *paulatinè madidum inducit sudorem sanitatis prænuncium.* Quod fit *paulatim* ἐκ προσαγωγῆς, non fit ἐκ τῦ παραχρῆμα, αὐτίκα, *dicto citiùs.* Quin *sudor* symptomaticus vt tam sit mali *prænuncius*, quàm boni criticus, hic discat à Galenicis; tam δύσκριτος, quàm ἄνυστος ἐπιφανόμενα. A Chymicorum verò diaphoreticis verendum, ne non sit ἱδρὼς sed ἰδρῶσις, seu paulò ante; mortem viscosus lentus *sudor*, qui dicitur διαφορητικὸς, quem an huic excitat *Aurum potabile?*

Gal. met. me. l. 11. c. 10.

l. 1 o. c. 6.

prog. l. 1. c. 1 8. Hip. ap. 12. l. 1. 56. 36. 37. 38. l. 4. Gal. in porth. 1. & 3. crit. l. 1.

*Resoluta rigore membra ita vt motum & sensum amiserint, quandoque etiam loquelam ipsam, restituta sunt solo potabili hoc Auro, ex eo quod blandum (vti assolet) promouebat citò sudorem.* ✱. F. A. In Paralysi.

At *viribus* non minùs validis *in morbis* chronicis, quàm *acutis*, frigidis quàm calidis, vt *Aurum potabile* probetur opidò; etsi hoc ἄτοπον planè contrarium & Topicis Aristotelicis, & Hippocraticis παραγγελίαις, seu loco à contrarijs; en tamen *in Paralysi*, sine logica analysi quid hic ostentet. Ostenti simile, quàm portentosa narrent de se, de suis M.G.

Chymici. Sanare paralyticum, in Christo miraculum; num in hoc vsitatum? Nũ ità βραχυχρόνιος *Paralysis*, vt statim cedat, quæ sensim sine sensu cecidit? An magis δυσεπίκρητος, δυσπικόρητος, δυσαπόπαυστος, δυσαπόσπαστος; διὰ χύμως παχεῖς, γλίχρους, ψυχρὰς, ἐμπλαπομένους, σφιγμένους, ὥστε περθῆναι ῥᾳδίως δυναμένους, scirrhũ citiùs vt digeras? Quid huic *Paralysis*? *Membra* (an νεῦρα potiùs) *rigore resoluta*. Dixisset frigore, non *rigore*. Etsi in febre tertiana *rigor* ῥῖγος, quod frigus in quotidiana, in quartana horror, ab acri humore & pungente: etsi quæ rigida persæpe frigida: nec tamen *soluit rigor*, sed constringit seu contrahit; nec rigidum *resoluitur* sed induratur potiùs, vt *ferri rigor*: nec spasmo conuenit *Paralysis*, conuulsioni neruorum *resolutio*, contrariatur potiùs: nec in membro virili paralysin hic dicat satyriasin- *ardentem rigidâ tentigine*. —. At hæc & *motum & sensum amiserunt*: & tamen audias, *rigorem motionis & signum, & symptoma*; &

—*rigidas motare cacumina quercus*:

& sensu rigido, quid *rigor* aliud, quàm corporis concussio, quassatio, succussatio, conuulsioni similis contractio, incuruatio, cum *motu* tametsi deprauato, & *sensu* nimis acri? At illa *Paralysis* perfecta vtique, quâ perit *sensus*, *motus*; an partis? an totius? an ἡμιπληγία; an ex apoplexia παράπληξις; non par vtraque, nec pariter curanda Medico. *Quandoque etiam loquelam ipsam* huic hinc *amittunt membra*. *Membra* loquacia, quæ loquitur? Glossâ huic opus est, & eloquente, vt γλώσσης ἀφωνίαν, aut *membri* ignobilis *paralysin*, cum acutissimâ totius cerebri, aut potiorum partium ἀπνοίᾳ conferat. At hæc *sunt restituta solo potabili hoc Auro*. Cui? quando? quomodo? Infesta neruis, quos laxat *Paralysis*, sunt, si quæ alia, acetum, vinum, argentum viuum. *Auro potabili* hæc insunt, siquid aliud, magisque (vt aiunt) acuata, actuata, seu addito acumine, & vi agendi. *Hoc* ergo non *restituit*, imò destituit *soluta membra*. Quin si *calfaciant, excaleant valide, quæ sanant* τάξιν *frigentis, humentem*; *Hoc temperatâ* scilicet

Gal. in aph. 19 s. 2. 44. s. 4.

Vir. Geo. l. 1. 143.

Iuu. sat. 6.

Gal. symp. cau l. 5. c. 5.

Vir. ecl. 6. 28.

Gal. ib. l. 4. s.

Vict. in ac. c6. 4. in epid 1. com. 2. t 59.

Quer. tet. c. 23

licet *naturâ*, vt hic prædicat, aut nihil egerit, aut nugas egerit in malum hoc ἀνίατον, ἀκίνητον, ἀναίσθητον. Quin si *origini istius mali, non alibi, sint admouenda ad paralysin remedia*; seu neruos capitis, seu spinæ duxeris in vitio, hoc quâ attinget illos? nisi responderit, vt absurdissimè huic contubernalis, quòd *non ad ventriculum, sed mox ad cerebrũ feratur liquor aureus*: viâ Physicis, imò φύσει, incognitâ. Quin si *contractis membris verum specificum, præsentissimum remedium, Aurum potabile* sit Paracelso, Quercetano, num *resolutis*, ideò? Chordas in barbito num manus eadem, eodem motu, & laxas tendit, & extentas laxat? tractat similiter & madidas, & resiccatas? Idem ne ἀνάξηρον, καταξηρον; Idemne ἀκλυτικὸν, συντελικὸν? At *resoluta* (non ῥεῦμα, non πάρεσιν, non παράλυσιν) *membra*, vt *Auro restituta*? *Ex eo* (vt hic autumat ἀνάπτιος, non παράπτιος) *quòd citò* (in morbo chronico) *hoc promouet* (in *membris* immobilibus) *blandum* (an hoc blandiri, non mederi?) *sudorem vti assolet*: sed an vt debet? *Cita* hidrotica num temperata? *Sudores*, dubium, an magis attrahant humores noxios ad *membra* vt impingant, an impactos exhalent pedetentim. Nec facilè humores *paralytici sudore blando* calefiũt frigidi, attenuantur crassi, discutiuntur lenti, funduntur viscidi. Nec tam *sudore* morbi iudicantur chronici, quàm acuti; nec tam coacto symptomatico, quàm naturali critico. Huic ergo & in calidis ex *Auro sudor madidus*, & *blandus* in frigidis quo ore ostentatur? quem *in acutis damnatum* Hippocrati, *in febribus à pestilente alijs, & morbis sine orgasmo, non prouocandum temerè* agnoscit senior & sanior Palmarius: tametsi balnea, his membris paralyticis, seu naturalia, seu arte facta commodè, fuisse commodo & fatear, & fore augurer; admota quòd exteriùs, vt in topicis fomenta plurima. Sed vt & *balnea incommoda, ex illis sudor*; & vt *post balneum ne prouocetur, sed tergatur sudor*, præscribit Rõdeletius & cautior, & accuratior. *Vti* ergo *assolet*,

c. 4.

M. Bred. scrip ad Col. Quer. ib. c. 32. & Par. to. 4 l. contract. Gal. symp. cau. l 4. c. 5.

Hip. l. 4 ap. 36 Iul. Pal. feb. pest. c. 22.

Gui. Ron. met c. 23. p. 124. 134.

ne eo velit postmodum *vti* incautiùs.

F.A. *Non soporiferum est aut stupefactiuum: attamen post vigilias, conciliare solet somnum quietum ac profundum, maximè in viribus longâ ægritudine deiectis, in tabidis, in parturientibus ad summam debilitatem prostratis, abortum patientibus, & prægnantibus infirmis: non autem opiaticâ vllâ vi, sed proprietate confortatiuâ, omnes passiones doloresq; suauiter sedans, calores extinguens, turbatos spiritus & abiectos suo delinimento refocillans: sedat etiam dyscrasiam febrilem.* ὦ.

M.G. At hoc *non soporiferum est aut stupefactiuum.* Neutrum putà, nihili tamen: etsi de isto dubium, vt ne de illo: nec ergo istud non est, quia non est illud. *Attamen post vigilias* (post lucem tenebras) *conciliare solet somnum quietum ac profundum.* Quid hoc est aliud, quàm vt sit *soporiferum*, ὑπνωτικόν? Non dico ναρκωτικόν, sed vt sit idem *somnus* & *sopor*; non idem *sopor* & stupor. Hinc Ciceroni ex Accio — *sopore placans artus languidos.* Hinc & Virgilio

Cic. diuin. l. 1. Vir. ecl. 5. 46.

Æn. l. 8. *Dulce sopor fessis.*
*placidum per membra soporem*

Vulcanus petijt: & Epigrammatario

Mar. l. 7. ep. 41 4. *Inde sopor nobis, & placet alta quies.*

Plin. l. 9 c. 13. f. l. 10 c. vlt p. Hinc *dextræ pinna vituli marini* Plinio *vim soporiferam inesse* traditur *vt somnos capiti subdita alliciat*: cui & sunt *aquatilia quiete placida, seu soporata.* Hoc vt *conciliet*, ἀγρύπνους *somnum profundum*, ὕπνος ἄγκιος — *mera somnia narrat*, & sine fundo. Per se *vigilias somnus* consequitur: non opus *hoc conciliatore.* Hoc autem *maxime in viribus longâ ægritudine deiectis*; quas fortè magis pellices ac illices ad *somnum* putes, quàm *lenem Mecænati harmoniam.* Sit ἀγρυπνίη βοερόν, sit calamitas; sed vix magis quàm somnus, si modum excesserit, & causas potiùs attendat, quàm symptomata, qui curat medicus: à labore, à dolore, à mœrore, à bile, à salsa pituita, à siccitate cerebri, à febre, morbo alio; malum vt auferat, qui causam mali. At & *in tabidis:* num sanat pulmonum vlcus?

Mart. l. 7. ep. 53. 1.

Sen. prouid. c. 3.

Hip. epid. l. 6. s. 4. t. 20.

aph. 3. s. 2. prog. l. 2. t. 20.

num

num ruptam, eroſam, vel apertam venam? num ſiſtit ferinam deſtillationem? num pthiſi, maraſmo, marcori, θυμιάσεσι reſiſtit? num ex morbo ſenium retardat? Nihil horum. Imò *conciliat* -- *(ſuadentá, cadentia ſydera) ſomnos.* Vir. Æn. l. 2. 9.

Sed *in iuuenibus familiari tabe humidâ, non dubia potentia eſt dormiendi; in ſiccâ ſenibus congeneri, nimia impotentia notatur vigilandi:* in vtrâque palpebris inſtantibus, & tanquam *ſomno* grauatis. At & *in parturientibus ad ſummam debilitatem proſtratis.* His verò vigilandum; tempus attendito; Hip. aph. 9. ſ. 5 29 ſ. 3.

-- *nunc, nunc incumbere tempus:* Ou. Met. l. 10. 657.

-- *nunc tempus agi res:* Vir. Æn. l. 5. 638.

rem circumſpicito; -- *nunc ipſa vocat res.* l. 9. 320.

Num partum reddit facilem, enixum iuuat? Iuno Lucina fer opem: fer opem Deus. At in *abortum patientibus.* An φθόρον, ἐκβόλιον; non adhibendum iurato Hippocratico; *ne feſtinetur homicidium.* At *& prægnantibus infirmis.* Num firmat grauidas, vt ne abortum patiantur? ſi patiantur, actum eſt. An quòd in eo acetum, ὑπεραλγὲς; an quòd vinum, συστρόφους? Imò hoc ſolùm ſopit. Vires ſopitæ, ne ſint ſepultæ, verearis. *Non autem opiatica vllâ vi. Vis* vix affertur *opiatis;* aufertur magis aliena; quibus non lac, non lacryma papaueris; quæ Quercetanus conditis & conſeruis annumerat, quòd ritè condiantur & conſeruent. Sin dicit *opiatica,* quod olet *opium,* quin & *hoc* didicit è Quercetano *in ſelectiſſimis ac præſtantiſſimis quibuſuis antidotis baſin & fundamentum?* Nec tamen hîc tam huius laudem *Landanum,* quin magis Galenicum amem Philonium: vt idem vtriuſque *opium,* in hoc correctum magis, illo minus. At hoc *proprietate confortatiuâ.* Hæc occulta *proprietas* fortaſſis, vt in opio, ex ſulphure narcotico, fœtente, indigeſto; quod ſibi in *ſomnum* habeat Endymionis. Quin Turcis, Indis, Mauris proprium, vt opium, Amſiam, Maſlac vorent, hinc animoſi ad Martem *confortentur,* adeoque ad Venerem vt ſtimulentur, non *ſomnolenti obdormiſcant,* aut mortem ex- Hip. iuſiur. Tertul. Apol. Quer. phar. re. c. 21. c. 23. c. 24. Scal. ſubt. ex. 175.

Ter. Phor. act 2. sc. 2. paueſcant. At *ſedat* (cædat, recidat malim) *ſuauiter* (*ô homo ſuauis*) *dolores* (res non ſuaues) *paſſiones* (quibus eſt patientia læſa, an victa?) *omnes*. O verbum omnipatens; vix verum parte aliquâ. Acſi hic dicat (vt illud *genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt, nec ſunt; & imperârunt ſibi omnia aſſentari*) *Omnia habeo, neque quidquam habeo; nil cum eſt, nil deſit tamen*. At *calores extinguit*. Num quòd in eo *vinum? vini ſpiritus? — ignis in igne? lumen maius? aurum ipſum?* an quòd *Mercurius? acetum radicatum, acerrimum? arſenicum? draco exurens omnia? & ſerpens venenoſus?* At & *turbatos ſpiritus & abiectos ſuo delinimento refocillat*. *Turbatos*, ægrè; *abiectos*, nullo modo (deiectos vult dicere) non *delinimento*, quia mitiore; non *refocillat*, quia ſemper calidos (dum ſpiritus) non opus admoueat ad focillum. At *ſedat etiam* (ſedata phraſis eſt frequente vſu) *dyſcraſiam febrilem*. Num quòd in eo *ἐνεργεία* non *febrilis, δυνάμει*, cum vinum, vini ſpiritus? Tantum abeſt, ne *ſedet*,

Eun. act. 2. ſc. 2.

Mart. l. 11. ep. 90. 5.

*Vt inde penitus ſederit febris tibi.*

F.A. *Quid excellentius in tota Medicina? quid optabilius, quam blandum in hunc modum conciliare ſomnum, abſq; omni incõmdo? Sternit enim viam rectà ad ſalutem. Ingrati ſunt erga Deum atque homines, qui Dei hæc Magnalia ſepulta velint.*

M.G. At tandem ἀπνευστικὸν (non ἀπνευστικὸν) hiantis anhelantis rhetoris, qualem hunc prædicant Gnathones aliqui. *Quid excellentius in tota Medicina?* quid maius dici potuit? Verè mederi ſcilicet. *Excellit* artifex, an artificium? *Quid optabilius* (& morbum tollere, & morbi cauſam: *exoptet*, quæ non præſtet) *quàm ſomnum conciliare?* quod quàm leuiculum? quàm facilè ſublatis illis ſequitur? An glini, an Regulo *ſomnum conciliat?* At *blandum in hunc modum. Blandiri* callet, vix *in modum: vt vnus hominum homo hoc viuat nunquam quiſquam blandior*. At *abſque omni incommodo*: vide ne *abſque commodo*. Vix *viã ſternas abſque incõmodo*. Quin quomodo hoc fiat, vt ſomnium, vel *ſomnum* videas, vide.

Ter. Hec. act. 5. ſc. vlt.

An

An quod hîc *vinum, quod facies bonum bibendo?* Mart l.5.ep. 79. 16.
*somni* illecebra? At *vini* hauſtu Pergamenus puer ſic Rhod. A.L. l.28.c.29.è
fertur vigilaſſe, vt moreretur videns, vigilans: & *vini* Gal.
duo genera apud Thaſios fuiſſe refert Plinius, *quorum* Plin l.14.c.18
*altero ſomnus concilietur, altero fugetur*; & alibi, *quo partus abigatur*. Ex *vino* vidimus tam vigilantes, quàm ſopi- An. l 1. ſen.3.
tos; & multòs facilè ſopitos viliore: & Auicennæ ſi quin- do,2. c.8.
que *vini* commoda, plura *incommoda*. At *rectà ad ſalutem:*
num itur per mortis fratrem, affinem, ſimulachrum, *ſomnum?* Qui demordetur aſpidi *--ſubitâ caligine mortem* Lucā.l 9.810.
*Accipit, & Stygias ſomno deſcendit ad vmbras.* 710.
*--nos fecimus aſpida merces.*

Nec dicam facilè, immodicæ vigiliæ an magis noceant, an
*ſomnus* ſupra modum. Platoni, qui & viuere & ſapere vult Plat.leg.l.7.
maximè, vigilet is diutiſſimè. Κοιμώμενος ὑδοὺς ὑδνὸς ἄξιος. Laert.3.c.1.
Malum & generant & indicant ſi modum ſuperant, vt
cauſæ, vt ſigna, tam *ſomni*, quàm vigiliæ: illos è pluribus, Hip.aph.3.ſ.2.
ex illis plures morbos, quàm ex iſtis colligimus.

*Ergo - ne longus tibi ſomnus, vnde* Hor.l.3.od 11
*Non times, detur, ſceleratum ab auro Falle ſoporem.* 38.

Nam *ſomnũ* ab hoc vltimũ accepimus, *Blandaſq; mortes.*— Mar.l.3.ep.
At epiphonema audiatur. *Ingrati erga Deum atque homines* 64.2.
(ô crimen C. Cæſar inauditum, vt ne ſint grata Antonius
quæ facit omnia) *qui velint ſepulta* (quæ nunquam viua,
iam fœtent non *ſepulta*, ſed membra hominum ſopita per-
uelint) *Dei hæc Magnalia*. Homuncio minutulus quæ dicit
μεγαλεῖα; an ῥήματα, an λήματα; an quæ Latinus non niſi Hier. Ad Ap.
vulgaris dicat *Magnalia*, Hieronymus magnifica. *Mega-* 2.11.
*leion* non maximi momenti legimus *vnguentum à Siculo* Plil.13.c.1.
*authore* dictum; nec nomen mutat Plinius, qui Latiniſſi-
mus. Sed iam ſecundò (non ſecundo numine) *Dei Mag-*
*nalia* hic homulus vt audet dicere? quæ tantum abeſt ne
ſint *Dei*, vt vix δαίμονος δαίμονος; ne *magna*, vt magis nulla vi-
deantur; rideantur: quæ *ſua* dicit ſæpiùs; in quibus nihil
miraculi, nimis periculi; fidei parum, fuci ſatis; doni fama,

doli forma. Nec tam *ingrati* homines, qui negent *Dei hæc* esse *Magnalia*, quàm impij, qui *Dei* asserant quæ hominum ludibria, pigmenta, figmenta; ferè quæ dæmonum aucupia, commenta, δῶρα ἀδῶρα.

F.A. *Alias quascunque Medicinales eius vires lubens prætereo: longum esset iter ad omnia; Summa sequor. Non tamen pigebit huc attexere testimonia quadam honorifica in confirmationem eorum quæ superius sunt posita. Nuda nostra assertio, vix (fortasse) merebitur fidem. Hæc ego ex vernaculo sermone vti decuit transtuli: litera scripta apud me manet.*

M.G. At hic *Vt primùm alatis tetigit magalia plantis,*

Vir. AEn. l. 4. 259. *lubens* iam *præterit* (quibus loquax institerat) *quascunque alias Medicinales eius vires:* nec verò *lubens*, nisi illum *præterijssent* illæ, nec videntem, nec volentem. Rhetorica hæc prætéritio, cum dixit plus quàm omnia, vt *alia prætereat*, vt Verris Cicero *damna, dedecora?* Imò fessum Dareta hoc dicto e-

Cic. in Ver. act. 3.

Vir. AEn. l. 5. 466. ripiat Ænæas pius:

*Non vires alias, conuersáq; numina sentis?*
*Cede Deo.*—

Sup. pag. At *longum iter ad omnia:* quę, & quâ monui è Cicerone. Imò & lassans, lubricum, anfractuosum, tortuosum, plusquam Herculis, Bacchi, Thesei ad Labyrinthum, Colchos, Indos, Inferos.

Mart. l. 2. ep. 77. 7. ep. 6. 14. *Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis.*

Vir. AEn. l. 6. 170. l. 1. 346. *Lassus tam citò deficis viator?* an confecto itinere quęris viaticum? At *summa sequitur*: vt ille tubicen,

*— non inferiora sequutus*: sed non *— fastigia rerum*, vt Syrenophœnix Maro: vix hic vestigia; quæ num *assequitur?* Quia crepat *Magnalia*, quæ

Mar. l. 6. ep. 19 8. l. 1. ep. 18. 2. *Magna voce sonat, manuq; totâ:*
*Et dicit mihi sæpe, magna res est;*
*Res magna est, putà, quam facit Chymista:*

huic cedò regeram, vt illis ille,

l. 7. ep. 99. 2. 9. *Magna quidem sequeris, Chemice, magnus homo es.*
*Chemice, sic alios, sic te quoque decipit error:*

*Vis*

*Vis dicam verum? Chemice, nullus homo es.*
*Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.*

*Non tamen pigebit* (sed & hunc tam magnum huius pudeat, & huius alios) *attexere huc quadam testimonia. Textorē* audij; *testimoniorum*, nescij. Sed *testimonia quedam attexere*, quàm facile, quàm obuium textori, tinctori, transelementatori cuilibet? Nam etsi ἄτεχνον *à testimonijs* sit argumentum, in techna tamen Chymica id ἔντεχνον, cui *fulera attexit tria* ad Regem nostrum Moresinus Scotus; *blandè compellare, adulari, aureos montes polliceri*: & ad Landgrauium Libauius, *Paracelsitarum esse* dicit, *circumscribere mendacijs Principes*. At hæc sunt *honorifica*. Honori suo detrahunt, qui astruunt honorē non merenti. Quod tamen sæpè fieri dolētes vidimus, nolentes dicimus, non à priuatis modò boni nominis, sed sūmi ordinis Proceribus, Principibus, Collegijs, Academijs. Sed ipsi Crollio si credimus, *errores magnos cōmittunt magni viri, dum credunt his phantasticis phreneticis Gymnosophistis; qui policentur magna, mentiuntur omnia; consumpto per circulationem cerebro, pro tinctura colorem, pro lapide Hermetico saxum vel vitrum, pro Thesauro carbones ac cineres reperiunt*. Nostri Magnates itaque, ne credant, credendo errent, caueant. At hæc *in confirmationem eorum quæ superius sunt posita*: quæ per se vacillabant, & vt idola procidebant. Nec tamen *firmant*, quæ neutiquam *affirmant*, non dico *remedium*, sed medium, quo fita, *posita superiùs*. At *nuda* huius *assertio* (si vera Virgo, si vel Pygmalionis effigies *--nec nuda minus formosa videtur*) *vix* (*fortasse*) imò ne *vix* quidem, *merebitur fidem*. Nec enim αὐτοδίδακτος hedum *autodactos*, nec ergo ἄδακτος. *Merentur fidem*, quæ probant, quæ probantur; idque apodeicticè, aut syllogisticè, non *testimonijs* ex gratiâ. Cur ergo *nudè*, quicquid hîc operę, opis, aut operis, primò inscribitur *Assertio FRA. ANTHONII*? ne *mereatur fidem*: nisi *FRA.* fratris dicat. *Hac transtulit* (quò? quorsum?) *vis decoris* abu-

Th. Mor. ep. ad Reg.

Lib. com. met dedic.

Crol. præf. p. 90. p. 91.

Ou. Met. l. 10. 266.

Hic inscript.

ti voluit: imò nec *decuit*, quin duobus conscripta perirent inter duos; & è bonis *vernaculis* Latina ne faceret non bona. *Apud hunc maneat* ne manet in publicum, *scripta* de his literula: ideoque de his literis,

Hor.1.sa.1.vlt *-verbum, non amplius, addam.*

Lituras habeat, non *literas*, non satis literatus.

*Recapitulatio opusculi in summa abbreuiata.*

F.A. *VT huic tractatulo imponam finem, præmissa quæcunque sunt, in veritatis Philosophicæ indubitatæ atteſtationem scripta sint. Manualis experientia quæ mihi ab Altissimo concessa est, & comprobauit sæpius, & palam (vbi ad id vocatus fuero) confirmabit hæc omnia. Non ego alicuius iudicium exhorresco. Si quis ambiguus hæsitet probe confirmabitur, nisi malitiosè contentiosus fuerit. Ne sit igitur Authoris fides suspecta, nisi prius euictus fuerit Author, qui sitibundus cineritium expectat & examen publicum. Ego in quæstione huius veritatis cognoscendæ de orationis ornatu non fui admodum solicitus. Tenui ego (vti potui) meâ Minervâ, quæ huic instituto inseruire mihi visa sunt, compleui breuiter. Veritas nudam se gestiens verborum illecebris nullatenus indiget. Quæ cecini vera sunt, & apertas fores verno ad altiora Arcana.*

*FINIS.*

M.G. *Responsionis nostræ causa, methodus, meta.*

*Recapitulatio Anthonij decapitata, decurtata.*

A capite, adeóque à carceribus, ad calcem hunc vsque persequutus, audire tandem videor; vt

Vir.ecl.6.3. Aristoph. Hor.l.1.ep 19 42. *-Cynthius aurem Vellat, & admoneat; --*

Ἢ Μοῦσά μοι ἔφασκεν ἐξεγρέσθαι τε

*Scripta pudet recitare, & nugis addere pondus.*

Erast.disp.de sap.è Ga. Ἐλέγχειν σαυτὸν τὰ μὴ σπουδῆς ἄξια, ὑβρίζειν σεαυτὸν ἐστιν, ait Galenus noster, & ex illo Erastus. Quis, cui quod agat aliud maioris pretij, in hanc arenam descendisset, vt cum larua luctetur? Quis caput asini vt eluat, in balneum se ingerat, labo-

laborem perdat & lixiuium, oleum & operam? Quis aduersarium proponat sibi, cui quod reponat eruditi nihil, quod reddat nihil solidi; quem ludere indignum, premere inane, vincere inglorium;

*Qui cum victus erit, saltem certasse feretur?* Ou. Met l. 13. 20.
*Ausus magna quidem, magnis tamen excidit ausis!* l. 2. 328.

Quis eò cum descenderit, opponat clypeum hastis non amentatis sed amentibus, vel iaculis longissimè à scopo aberrantibus, vel spiculis obtusis, retusis, missilibus in cœlum missis? vel ferrum torqueat in aurum fugitiuum? vel telum denique retorqueat in eum, cui nec

*Sufficiunt vires, nec vox, nec verba sequuntur?* Vir. Æn. l. 12. 912.
*Tropheum ferre me à forti viro pulchrum est;* Accius.
*Sin autem & vincar, vinci à tali nullum est probrum:*

ait vetus Poeta. Sed hic λογίμωτος, aut ne id quidem: nec enim λόγος, sed ληρὸς ἀμπέρινεται: hic Hermodorus: aut si sit λόγος τοιμὸς, succedit τῷ δὲ τάλαγμος, vt sit ὁ λόγος δ' ἐνὸς, ἀλλὰ σιγᾷ δ' ἄνατος, & sit *verborum*, sed non *optimorum, sonitus inanis, nullâ subiectâ sententiâ, nec scientiâ.* Sed vt idem habet Orator in Antonium, *Nonne satius est multum esse, quàm quod nemo intelligat dicere?* Hic multa talia; imò & plurima, quæ nemo doctus cogitet, sanus imaginetur, prudens credat, æquus approbet. *Risu* Libanius, non responsione *dignam* putat *vocem* Michelij *de Medicina illa vniuersali*: & ipse Palmarius *ridiculum potabile pro medicamento vniuersali.* Hæc huius scripta, vt aliorum probra, *spreta exolescant: si irascamur, videbuntur adgnita.* Contemnere consultius, quàm confutare. An suadet Sapiens, *non respondendum*, ne illusori videar colludere,

Epicharm. Cic. de or. l. 1. in Ant. Phil. 3.
Lib. in Mic. not 42. Pet. Pal lap. phi. c. 24. mar.
Cor. Tac. Ann l. 4 Crem. Sal. Pro. 26. 5. 4.

*Ludere par impar, equitare in arundine longa?* Hor. l. 2. sat. 3. 248.

An respondendum consulit, ne videatur hic *sibi pulcher, superda, festiuus, bellulus, cum sit* σαπρὸς, seu *caprea*, vt Varro loquitur? Quin vt in causa simili Parisiensis Schola hoc longè fortioribus sectarijs non ità pridem Quercetano,

Li. ep. 19. 45. Varr.

Harueto, Baueyneto, Turqueto, Libauio, eiuſque antagoniſtæ Palmario *per Cenſorem*: ita Collegiũ ex ornatiſſimis Aſclepiadæis, Hippocraticis, Galenicis Archiatris, Doctoribus, huic ſaltem transfugæ, erroni, emanſori è caſtris Orthodoxis, non tam ex huius odio, quàm illius officio, nec tam ingeniosè, quàm ingenuè, nec tam per omnia quàm perfunctoriè putauit reſpondendum. Quia (vt loquitur ille antagoniſta) *quæ prima facultas in prima Ciuitate, coram Rege maximo, Senatu æquiſſimo, ingeniorum excelſiorum frequentia, ſilentio probat, accepta & recepta creduntur omnibus.* Quid quod vt Cicero *ciuile bellũ* putauit *confecturũ, qui Antoniũ opprimeret*: ſic alter & alter apud nos, vt apud illos *Petræus dixit ſapiùs, eũ de Repub. bene mereri*, Anthonio *qui reſponderet*. Quin *bellum* ipſe *apertum* cum *indixerit, examen publicum petierit, ſitibundus cineritium expectet*, imò (vt audio) iam iactitet non poſſe reſponderi, aut ſi reſpondeatur, ſe denuò inſurrecturum quaſi Antæum γηγενῆ, acſi Dares proclamet,

*--ſi nemo audet ſe credere pugnæ, Quæ finis ſtandi?*

me penè emeritum Aceſtes grauis author non caſtigauit quidem, ſed meritò inclamauit,

*--ubi nunc nobis Deus ille magiſter?*

Nec nos lectores modò ſed luctatores potiùs hic Miles glorioſus *tranſmiſſo libro cum epiſtola videtur* prouocaſſe:

*Nunquam hodie effugiet, veniam quocunq; vocârit.*

Nec refert, ſi *vocârit*, vt *Baccha, bacchanti* quia *aduerſabor*, vt *ex inſano* fiat *inſanior*:

*--fragili quærens illidere dentem*
*Offendet ſolido. --melius non tangere clamo.*

Habeat ergo quod intriuit ſibi, ne ſe neglectum putet, aut iſta,

*Intellecta priùs quàm ſint, contempta relinqui*:

Quæ quamuis ſint ἀνίατα, ἀνήκεστα, καὶ πλέον ἢ βιβλίοις ἀνήκεστα, etſi nec dulce caſtigare, nec pulchrum conuellere, notare

P.Pal.lap.phi. c.1.

Cic.ep.fa.l.11 ad Brut.

P.Pal.laur. Pal.p.12.

Vir.Æn.l.5. 384.

391.

Ad Coll.Aug. 3.1610.

Vir.ecl.3.49.

Plaut.Amph. act.2.ſc.2.

Hor.l.2.ſat.1. 77.

45.

Lucret.l.1.

Plat leg.l.2.

laborem perdat & lixiuium, oleum & operam? Quis aduersarium proponat sibi, cui quod reponat eruditi nihil, quod reddat nihil solidi; quem ludere indignum, premere inane, vincere inglorium;

*Qui cum victus erit, saltem certasse feretur?* Ou. Met. l. 13.
*Ausus magna quidem, magnis tamen excidit ausis!* 20.
l. 2. 328.

Quis eò cum descenderit, opponat clypeum hastis non amentatis, sed amentibus, vel iaculis longissimè à scopo aberrantibus, vel spiculis obtusis, retusis, missilibus in cœlum missis? vel ferrum torqueat in aurum fugitiuum? vel telum denique retorqueat in eum, cui nec

*Sufficiunt vires, nec vox, nec verba sequuntur?*
*Trophæum ferre me à forti viro pulchrum est;* Vir. Æn l. 12.
*Sin autem & vincar, vinci à tali nullum est probrum:* 912. Accius.

ait vetus Poeta. Sed hic λογίμορος, aut ne id quidem: nec enim λόγος, sed λῆρος ἐμπορέυεται hic Hermodorus: aut si sit λόγων ποτιμὸς, succedit τῷ δὲ ταλαγμὸς, vt sit ὁ λόγων δοκὸς, ἀλλὰ σιγῇ ἀδύνατος, & sit *verborum*, sed non *optimorum*, *sonitus inanis*, *nullâ subiectâ sententiâ*, *nec scientiâ*. Sed vt idem habet Orator in Antonium, *Nonne satius est mutum esse, quàm quod nemo intelligat dicere?* Hic multa talia; imò & plurima, quæ nemo doctus cogitet, sanus imaginetur, prudens credat, æquus approbet. *Risu* Libauius, non responsione *dignam* putat *vocem* Michelij *de Medicina illa vniuersali*: & ipse Palmarius *ridiculum aurum potabile pro medicamento vniuersali*. Hæc huius scripta, vt aliorum probra, *spreta exolescant; si irascamur, videbuntur adgnita*. Contemnere consultius, quàm confutare. An suadet Sapiens, *non respondendum*, ne illusori videar colludere,

Epicharm. Cic. de or. l. 1. in Ant. Phil. 3. Lib. in Mic. not. 42. Pet. Pal lap. phi. c. 24. mar. Cor. Tac. Ann l. 4. Crem. Sal. Pro. 26. 5. 4.

*Ludere par impar, equitare in arundine longa?* Hor. l. 2. sat. 3. 248.

An respondendum consulit, ne videatur hic *sibi pulcher, saperda, festiuus, bellulus, cum sit* σαπρὸς, seu *caprea*, vt Varro loquitur? Quin vt in causa simili Parisiensis Schola hoc longè fortioribus διαλήπτοις non ità pridem Quercetano, l. 1. ep. 19. 45. Varr. Anno 1603. 1604.

Anno 1607. 1608. Harueto, Baucyneto, Libauio, eiusque antagonistæ Palmario *per Censorem*: ita Collegium ex ornatissimis Asclepiadæis, Hippocraticis, Galenicis Archiatris, Doctoribus, huic saltem transfugæ, erroni, emansori è castris Orthodoxis, non tam ex huius odio, quàm illius officio, nec tam ingeniosè, quàm ingenuè, nec tam per omnia, quàm perfunctoriè putauit respondendum. Quia (vt loquitur ille antagonista) *Quæ, prima facultas in primâ ciuitate, coràm Rege maximo, Senatu æquissimo, ingeniorum excelsiorum frequentiâ, silentio probat, accepta & recepta creduntur omnibus.* Quid quod vt Cicero *ciuile bellum* putauit *confecturum, qui Antonium opprimeret*: sic alter & alter apud nos, vt apud illos *Petræus dixit sapiùs, eũ de Repub. bene mereri*, Anthonio *qui responderet*. Quin *bellum* ipse *apertum* cum *indixerit, examen publicum petierit, sitibundus cineritium expectet*, imò (vt audio) iam iactitet non posse responderi, aut si respondeatur, se denuò insurrecturum quasi Antæum γηγενῆ, acsi Dares proclamet,

P Pal. lap. phi. c. 1.

Cic. ep. fa. l. 11 ad Brut.

P. Pal laur. Pal p. 12.

*--si nemo audet se credere pugnæ, Quæ finis standi?*

Vir. A En. l. 5. 384.

me penè emeritum Aceste grauis author non castigauit quidem, sed meritò inclamauit,

391. *--vbi nunc nobis Deus ille magister?*

Nec nos lectores modò, sed luctatores potiùs hic Miles glorioſus *transmisso libro cum epistola videtur* prouocasse:

Ad Col. Aug. 3. 1610.

*Nunquam hodie effugiet; veniam quocunque vocárit.*

Virg. ecl. 3. 49. Plaut. Amph. act 2. sc. 2.

Nec refert, si *referiet*, vt *Baccha, bacchanti* quia *aduersabor*, vt *ex insano* fiat *insanior*:

*--frazili quærens illidere dentem*
*Offendet solido. --melius non tangere clamo.*

Hor. l. 2. sat. 1. 77. 45.

Habeat ergo quod intriuit sibi, ne se neglectum putet, aut ista,

Lucret. l. 1. 48. *Intellecta priùs quàm sint, contempta relinqui:*

Quæ quamuis sint ἀνίατα, ἀνίατρευτὰ, ἢ πόῤῥω σοφιστικὴν ἐξαμαρτίας, etsi nec dulce castigare, nec pulchrum conuellere,

Plat. leg. l. 2.

notare

notare tamen necessarium prædixit Plato; Nequis id tamen ferat grauiùs, *hastile* hoc *detortum*, si rectiùs vt *corrigam, aduram* aliquoties, suadente Senecâ: cui *causâ remedij raduntur ossa, extrahuntur venæ, quædam membra amputantur*. Nam etsi Galeno κακὸν δυσπότριπτον, δυσέκτριπτον, καὶ ψόρας ἀκίνδυνος δυσαλότερον sit huius ἡ περὶ τὰν αἴρεσιν φιλοπμία: etsi ἀθυμία βαρὺ δ' ἀσύποτον ὕπνου, ὡς τὸ τῆς ἄνευ λογισμοῦ πρὸς τὰ μοχθηρὰ δόγματα παίδος, ὡς ἀμαθία σφόδρα, καὶ μᾶλλον ὅταν ἀλαζονεία μιχθεῖ: etsi ψευδὴς δόξα προκαταλαμβάνουσα τὰν ψυχὰν δύσει, ἃ μόνον κωφὸν, ἀλλὰ καὶ τυφλὸν ἐργάσαιτο: etsi Andrææ Dipnosophistæ, vt *nihil naturâ indoctius, sed iustius, sic nihil ignorantiâ* putetur *doctius, sed nec audacius*, addo iniustius: etsi Aristoteli καθ' ἕξιν ἀγροια, & Ciceroni *in Antonio implicata insoitia sit impudentia*: si tamen hic ἀνιαθὲς audire non dedignetur, nisi & senex morosus καὶ μῶρος, si resipiscat seriò, tametsi serò (nec serum est quod verum est; nec ætas aliqua est ad discendum sera) spes erit aliqua (sed est exigua, vt pilos aut pellem mutet) responsione hâc molli non frangi, sed flecti posse, reduci in rectam viam, dediscere quod malè didicit. Sin pertinax perrexerit, vt de Senatu Cicero, *vnum sentimus omnes, vnum studemus, Antonij conatus auertere à Republica, furorem extinguere, opprimere audaciam*. Quin Reipublicæ non parum interest, hoc reo confitente, *nequid Respub. hunc detrimenti capiat, vt impostura detegatur*; quæ *tecta* simulat *aurum* hîc esse, vbi non est *aurum*: *aurum* dicit, quod non *aurum: reduci non posse* asserit, quod antè est eductum, seductum, subductum; aut si adhuc sit *aurum*, opus non habet opere vt *reducatur*; valere plurimum id autumat, quod nihil valet, aut siquid valeat, id non vt *aurum* præstat, sed vt *acutum, corrosiuum*, periculosum *menstruum*: docere venditat *mysterium* & *artem auream*, cum nihil doceat, nemo didicerit. Ponat idcirco supercilium, quod sustulit, hic Catò tertius: demittat cristam seu caudam, quam erexit, me-

Sen. de ira c. 5 prouid. c. 3.

Gal. nat fac. l. 1 cog. & cur. pal. an. dysp. 2. meth. med. l. 13. c. 15. f. comp. me. loc. l. 8.

Lan. l. 1 ep. 37.

Cic. in Ant. Phil. 2.

Hic c. 4 5. & lit. ad Coll.

lampus pauo : cornua iam retrahat, quæ euibrauit, teſtudo tardigrada. Tuque Anthoni, vt ſemel te alloquar,

Hor. l. 1. ep. 17 3. Perſ. ſat. 5. 91.

*Diſce, docendus adhuc, quæ cenſet amiculus:* -inquã
*Diſce, ſed ira cadat naſo, rugoſaq; ſanna,*
*Dum veteres anias tibi de pulmone reuello:*

opiniones intelligo, ſeu mauis aniles hæreſes. Quod eo feres æquiùs, quia vt Socrates Alcibiadi ex Euripide, ſic ego tibi ex Platone, ξυ τὰ δὲ κινδυνεύεις, ἀλλ' ἐκ ἐμοῦ ἀκήκοας, ὃ δ' ἐγω εἰμι ὁ ταῦτα λέγων, ἀλλὰ σὺ ἐμὲ δὲ αἰτῆ μάτην. *Quod à te allatum, id tibi relatum puta.* Nam tuis, vt tu vides, te inſequor veſtigijs, telis conficio.

Plat. Alcib. 1. Eur. Cor. Ter. phor. prol.

Vir. AEn. l 12. 453.

*Diſce* ſenex candorem *ex me, verumq; laborem;*
Inuidiam *ex alijs.*--

Candorem, laborem, ſi tibi ſenſus, iudica; vt debes, imitare; ſi potes, æmulare, ſi iſtis replicaturus, per te, vel per alios: per te, non eſt ad mentem, nedum erit ad manum; per alios, ne putes aptum; per neutros, credas rectum. Sed

Hor. l. 2. ep. 2. 18.

-- *dicta tibi eſt lex.* Domeſtica, ſectaria, falſaria tu *teſtimonia* nonnulla nominaſti, ſed qualiacunque nominaſti ſolummodò; quin tranſcripſiſti alia, nec nominaſti vtique; labore tibi minimo conſarcinandi, mihi maximo inueſtigandi. Ecquis hic candor? His mille poteram Græcos, Latinos, Arabas, antiquos, neotericos, eoſque magni nominis, ac propè numinis, præ tuo præcello Paracelſo, vnoque Euonymo opponere: ſed (en candorem) nolui vel ex Hippocrate indubitato Dictatore, nedum Galeno Magiſtro ſaltem Equitum, nedum minorum gentium Dijs medioxymis, vrgere, premere, firmare quippiam in controuerſia. Omiſi (quod ſciam) nihil tuum; admorſi (quod nôrim) nihil tuorum, aut hoc, tuorum dentibus, non meis: peperci Manibus; imò & Laruæ tibi. Si & illos perſequerer, μεῖζον ἂν μοι τὸ πάρεργον τῦ ἔργυ γένοιτο, Galenus vt loquitur, plus operæ in acceſſorio, quàm in propoſito ſumam, noſter vt transfert Linacer. Tu vides meo margine

Gal. nat. fac. l. 1 p. 4.

tuorum

tuorum & meorum, non modò nomina, ſed libros vſque, plerunque capita, perſæpe paginas, quandoque lineas citari adamuſſim. Hic labor, dices ipſe: annon candor? Par pari referto, ſiquid referes: aut impar, cedito. O vtinam ſic prouocaſſes: Minuiſſes laborem mihi, labem tibi. Nec curo de minimis; tu modò cures maxima. Ità reſcribere, vt tu ſcripſiſti, & meliùs; verbis negare totidem, quæ verbis *aſſeruiſti*, & veriùs; citare plures Medicos, quàm tu pſeudochymiſtas, & pluris; cuilibet philiatro in promptu, in procinctu: ſed fructus, finis nullus. Libris huiuſmodi vna litura, huic arti longa litera, ſcriptori helleborus videtur conuenire. At aptè qui reſpondeat ineptienti, ineptiat & is neceſſe: quin *cum inſano inſaniat*, Galeno vt *prouerbium*. Si neceſſariò, peccaui minùs, quàm tu qui voluntate, vanitate. Gal. lib. pag. 43

*Non eſt iſta quidem, non eſt mea, ſed tua culpa.* Mart. l. 11. ep. 80.

Exopto equidem, de noſtra lite dici vt poſſit, Hom. Il.

——ἀγαθὰ δ' ὅτε μὲν δώῃσι δόοισιν·

quod ſanè fiet, ſi à mortali, id eſt mortifero, *auro* mortales moniti cauebunt. Sin Ate tua meas præuertat Litas, ſaltem ὁ σκίφιον φαῦλα, ἰρίου κακὰ. Cuminum voluiſti ſerere: ſeuiſti ocymum. Sal. Pro. 22. 8. Rhod. A. L. l. 15. c. 29.

——ἀλλὰ τι σὺ χρὴ

Νηπίαδας ἐχέμεν· ἐπεὶ οὐκέτι πολίτας ἐσσί. Hom. Od. α.

Sed in te tandem video

Οὐκ αἱ τρίχες πείθουσι αἱ λευκαὶ φρονεῖν. Menand.

Τὸ γῆρας ὑμῶν εἰς σοφὸν τοῦτ' οὐκ ἄγει. Eurip.

Quod ſi Οἶσθα ἐγὼ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τῷ δὲ τοῦτο· Hom.

vt ego, ſic tu ad Archiatros

Οἱ μὲν φάρμακοί εἰσι νοῦσον τε κρίναι τε. Od. δ.

Sed reſtat *Recapitulatio* trunçanda capite (quæ ἀνακεφαλαίωσις, ſed ἄνευ κεφαλῆς, vel ſaltem ἐγκεφάλου) *opuſculi* (vt mox *tractatuli*, cui ne minutuli gradus conueniet, ſi rem, non verba ſpectes) *in ſumma abbreuiata*. Λεπτομερὴς, βραχυμερὴς, στερεμερὴς, an magis ἀκεφαλὴς hæc epitome deſiderat; ſecurim Pericles.

cles. Vtcunque Seuerinum ſectari perſeueras, non tamen aſſequeris illius δεινὸν σύνοψιν, ſed σκόδινον æmularis κακόζηλος. *Summa* Philoſophi, Sophiſtæ, Dialectici *breuiſsima*, vel perſtrinxiſſet *ſumma* capitum (tametſi ſine cerebro) εἰς συλλογὴν, vel vt Natura macrocoſmum in microcoſmo, in huius cerebro præcipua charagmata totius corporis ſub ſimulachro conſtrinxiſſet. *Summa* cuiuſuis coqui, cœnopolæ, myropolæ, mercatoris, ſic Homeri Iliada ſub teſta nucis concluſiſſet, vt omnes euolutæ reuolutæ particulæ in *ſummam* recidiſſent. Hîc prorſus nihil tale. Es planè ἀσυλλόγιστος. Nec *ſumma* infimis, nec ima *ſummis*: nec pes reſpondet capiti, nec caput pedi. Vel Papæ *Breuia* maiorem *ſummam* faciunt. Sic *ſumma ſequeris?* Scis palmam extendere? neſcis pugnum compingere? *In ſummâ* breuis, leuis, ἀμέθοδος, ἀμήχανος.

Mart.l.10.ep. 75.10. l.3.ep.22.4.

*Sed viſa eſt nobis hæc quoque ſumma grauis.*
*Summâ venenum potione duxiſti.*

At *vt imponas finem* (qui nec *finem* poſueras *imponendi*, nec modo aut methodo *tractâras*) *huic tractatulo* (qui obuerſetur oculis, obtundat aures, *tractetur* manibus doctorum indigniſſimo) *præmiſſa quæcunque ſunt* (concluſa nec modo nec figurâ, in nubes *emiſſa* iacula) *in veritatis philoſophicæ* (quæ veris Philoſophis ὑπὲρ ὕπνου, ὑπὲρ ὕπνου) *indubitatæ atteſtationem* (ſi *indubitata*, non opus *atteſteris*) *ſcripta*, an vis? an voues, nec veri conſcius, nec verè ſtudioſus?

Plat.rep.l.2. Mar.l.8.ep.76 9.

*Vero verius ergo quid ſit audi,*
*Verum, Chemice, non libenter audis;*

nedũ ſcienter ſcribis. Ita me amet *Veritas* & *Philoſophia*, vt te non amat *Veritas* aut *Philoſophia*, haud ſcio, an tu illas. At *manualis experientia* (mechanica empeiria indigna Dogmatico) *quæ tibi ab Altiſſimo conceſſa*; an vt *Satanæ manibus conceſſa experientia in Iobi omnia, ſaluâ ἁφῇ vitâ Iobum?* an vt *Legioni dæmoniorũ conceſſus introitus in porcorũ gregem?* an tu es *populo* vt *Simon Magus*, ſi non ὁ μέγας, at ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη, vt

Iob.1.12. c.2.6. Marc.5.13. Act.Ap.8.10.

à te

à te sit τὸ μίγμα? an vt *Magi Ægyptij, quod Moses*, posse autumas, & *polliceris ægroto sanitatem, non sanus irrideris?* Magister quidem Magus Bombast *Ægyptiorum opera* affirmat *eadem, quæ Mosis, Aaronis*; nisi quòd *illorum ex arte* fierent, *horum sine omni arte*: at discipulus Michelius *Ægyptiorum sapientiâ imbutum Mosen, Magorum Pharaonis prodigia vicisse* scribit. Neuter miraculo ascribit facta. Monarcha itidem *licere* statuit, *vti operâ Diaboli & interdictis mediis: artes Diaboli omnes addiscere, quòd nobis doctior Diabolus, & Dei creatura: quas artes quia non excindit Deus, non odit, imò illis sanet.* Imò *auxilium* vt suadet *Cacodæmonis implorare*, sic *tam debere Dæmoni quem Dæmon iuuerit, quàm Deo quem Deus soluerit*, & *parem gratiam se relaturum profitetur Diabolo si manum lapso porrigat, quàm si è fouea Apostolorum aliquis extraxisset.* Num domini similis es? sic tu *Archæum* consulis, qui *metallorum* illi *dæmon* ἀρχαῖος, vt Ahaziah Baalzebub? An quod *concessum ab Altissimo*, in imo defossum tibi? quo *inuides diuina gloria*, si multis non communices. At & empirica *hæc comprobauit sæpius* (quo sæpiùs, hoc scelératiùs: nec proba, nec probat adhuc aliqua audiuimus; nec ante annum alterum vel supra sphæram *elenata*, vel *transiere per Alembicum*) *& confirmabit palam*: quæ non sunt propalanda, sub Harpocratico (non Hippocratico) silentio, quasi Hermetico sigillo obfirmata qui *palàm confirmabit*, annon damnabitur Chymistis pseudochymicus, *sacrilegus, porcus, canis*, sub pœna anathematis, *vt morte moriatur?* An Gyges *palam* huius *annuli ad palmam vertes?* At tu *hæc omnia, vbi ad id vocatus.* Prouoco; prodi, te prode, & rem tuam. Vbi? quando? quippiam? nedum *hæc omnia.*

Exod. 7. & 8. Sap. 17. 7.

Moref. met p. 16. Mich. ap. chy. p. 201. Par. effic. char. orig. morb in uil. p. 241. 244. Riol. præf. in part meth. ap. in Quer. p. 87

Par. chir. ma. 2 f. 2. c. 11.

Lib. Ale. præf. lect.

l. 2. ep. 48. Lul. theo. c. 29 Crol. præf. p. 91. 97.

Cic. Off. l. 3.

*Nil bene cum facias, facis attamen omnia belle.*
*Omnia fecisti, sed remuente Deo.*

Ma. l. 2. ep. 7. 7 14. 14.

*Non exhorrescis alicuius iudicium?* Antè *subueritus*: & totâ mente atque omnibus artubus contremuit Orator optimus in dicendi principijs; tu nec in fine expalescis? Siquid in me *iudicij*,

Cic. de Or. l. 1 Crass.

non in eo *iudicium* qui *alienum iudicium* non expauescit. Ἀ'υτοκατάκριτος ἀναπολόγητος καθ' ἑαυτὸν ἁπάντων ὁ μὴ φόβον ἐπάγων. Calamitatis seges securitas. Si summi & ingenij & propè iudicij Poeta Neruæ,

Mar. l. 9. ep. 27 8. *Iudicium metuit nostra Thalia tuum;*

tu ἄμισος, ἄκριτος, præ illo homo nihili, quid dices nostris, Regi, Principi, Proceribus, Academicis, Aulicis, Philosophis, Philiatris, te mille doctioribus, millies neruosioribus, βελτίοις ἢ ἐξ θᾶις Rhadamanthis, Aristarchis? Ad ipsa nomina, *non exhorrescis*, cultu horrido, sono horribili, perfrictâ fronte, cauteriato corde, sensuque insensato? Ipsarum aurium nonnullis est superbum, teres alijs, acre aliquibus, sincerum, seuerum, limatum non nemini *iudicium*: si cum *iudicio*, quis non *horrescat* subiturus? sine *iudicio* non est *iudicium*. Sed nec id *magnum & firmum Ciceronis iudicium*

Brut. ep. ad Cic. l. 3. *de exturbando Antonio exhorrescis?* nec *Nouemuirorum Censuram*

Consol. Cat. ad Paul. 3. *de tollendis Quæstuarijs Anthonij, qui simplices decipiunt?* Horrendus, qui non horreas.

Mar. l. 5. ep. 36 1. *Pallida nec nigras horrescat Erotion umbras.*

At *siquis hæsitet* (è luto extrahetur?) *ambiguus* (sine ambagibus vacillans fulcietur?) *probe* (nullâ probatione præuiâ) *confirmabitur*: an ab Episcopo? per χειροτονίαν, an χειροτονίαν? Ægrè *ambiguus*, ægriùs erudietur *hæsitans*: ægerrimè erudies qui rudis & ἀμύητος. Fatentũ priùs postula, si non fidentem; credulum, si non credentẽ, auditorem, spectatorẽ, sectatorem. At nisi *malitiosè contentiosus fuerit. Si contentiosus*, pugnax, pertinax, obsistet, fortè vincet: si *malitiosus*, vafer, subdolus, euadet, fortè euerter. Neutri manum admoueas: vter magis φιλόνεικος, vix dixerim, *an tu, an ille*. At *insipienter* forsitan hæc dicta facta tibi dixeris, at *non malitiosè*,

Pla. Mil. glo. act. 2. vt seruus Sceledrus Plautinus: & ego, vt Palæstrio, *Vici animum meum, Ne malitiosè factum hoc esse abs te arbitrer; sed indignè*. At *ne sit Authoris fides suspecta* (si illi fides, si authoritas) *nisi priùs euictus Author*: serò *suspectus*, qui *priùs euictus*:

damnatum

damnatum oportuit. Tunc *Author* αὐθέντης, ἀρχηγός; an vt illa, *Author ego audendi?*-- Vir. Æn. l. 12.
an vt ille —*frigida bello* 159. Iun.
*Dextera, consilijs habitus non vtilis author?* l. 1 1. 338. Dra.
*Seditione potens?*-- an vt ille lenonibus, Plau. Cur act. 4. sc. 2.
*Nec author vobis vllus est, nec vosmet estis vlli?* an demum Ter. Eu. act. 5.
*pœnitebit flagitij, quod te Authore adolescens fecerit?* Id vnum sc. 7.
axioma tibi detraho, ne habearis *Author*. Nec modò *suspectus Author*, sed ipsi Augurello

*Est suspecta probis Ars ipsa, inuisaque.*-- Aug. chry. l. 2. 566.

At *stibiumdus* (*auro te Crasse satia, quod sitisti*) *expectas cineritiũ* Dion. bel. Ro. l. 40.
(dum-*tuum cinerarius Tondet os*-) num & cæmentum regium, ignitionem, quartationem, sulphur, stibium, arsenicum, salem ammonium, fulmen, coloritium? Hæc solus per me sitias, *expectes*, expetas. At *& examen publicum. Examen* Sup. c. 5.
habitum si non animos imminuit, siquod posthac habebitur, exanimabit: quo magis *publicum*, eo pudebit *dimor authorem* magis. De illo dixi plusculum: de hoc

*Prædicam, & repetens iterumq; iterumq; monebo;* Vir. AEn. l. 3. 436.
(*Insanire libet quoniam tibi,*-- ecl. 3. 36.
*Incipe, siqua animo virtus, & confere dextram:* AEn. l. 9. 741.
*Dic aliquid dignum promissis: incipe: nil est.* Hor. l. 2. sat. 3. 6.

Ab aurora ad vesperum, de die indies (quod tempus amplius?) in scholis, in Collegio (quis locus aptior?) Philosophorum, Medicorum (qui doctiores æquiores iudices?) res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione concertet; seu *Chymice*, seu *aurum Potabile*, seu *hac scripta*, seu facta tibi alia discutiantur, excutiantur, *examinentur publicè*, non *asserendo* quod & indoctorum, sed arguendo, quod Doctorum; congredere, aggredere, viriliter, viritim prouoca, seu Paris Menelaum, seu Turnus Æneam, seu Gallus Manlium, qui hinc Torquatus; Valerium qui hinc Coruinus cognominetur. Inuenies qui contraueniant, non modò Aquilas in nubibus, ministros Iouis, fulminis; sed

Plin.epiſt. Scal.ſubt.ex 204.23. 340. Ariſtones Plinij, *ſi quicquam quæras abditum, theſauros, nihil vt ſit quod velis diſcere, quod illi docere non poſſint*; imò & Iucundus Scaligeri, *omnium bonarum artium veteres nouaſq́ bibliothecas*; & Calculatores Oxonienſes, *dignos quos neque ſenium ſenes faciat, neque naturæ lex vita priuet, niſi meliorem vitam apparârit*; adeoque alios Apollines Pæanicos, Proteas omniſcios, ad miraculum vſque doctos, in tuo ſuo opere (non otioſos) oculatos Argos, ἐνέργους, ἐνεργεῖς.

Vir.ecl.3.52, 51. *Quin age, ſiquid habes, in me mora non erit vlla.*
*Efficiam, poſthac ne quenquam voce laceſſas:*

Vt te inclamet βοὴν ἀγαθὸς (ſiquis aſſiſtat) Diomedes

Hom.Il.θ.102 Ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νόος τείρει μαχητάς,
Σὴ δὲ βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ἐπαλύει.

Per.ſat.1.22. *Tun' vetule auriculis alienis colligis eſcas?*

At *tu in quæſtione huius veritatis cognoſcenda* (quæ tibi antehac nõ inueſtigata, ſed *inuenta, imò reperta, corroborata, manifeſtata, teſtata, non quærit angulos, nec metuit pœnas*, imò *indubitata*, adhuc *in quæſtione?*) *non fuiſti admodũ ſolicitus* (ſed nec rectâ ζητεῖ, niſi qui ζηλᾶι, nec ferè acquirit, niſi *ſolicitus* de vero quærit) *de orationis ornatu*. Credo equidem; pictura ipſa loquitur (hæc tamen *ex lucubrationibus FR. ANTHONII*, quæ arguant *ſolicitum* vt lucernam & oleum ſuboleant, nec tamen ἐννέα Δημοσθένης, niſi φεύγων) aut ſi *ſolicitum*, nil profuiſſe, præſtitiſſe. Nec quiſquam expetat amicus, inimicus, vt dicas ἐμαθίσατον, ἀκριβέστατον, ἰσχνότατον. Nec enim hactenus quicquam audiuimus ſonorum, grande, magnificum, perfectum ingenio, rectum iudicio, elaboratum induſtriâ, oratione elimatum, oratore dignum: imò nec ſcitum, teres, ſubtile, ſcholæ, Aulæ, prælo aptum: ſed plurima Therſitæ ἀκοσμία, ἀκομψία, ἀκρίτα, ἀκρίτα, inania, aſpera, futilia; & te quandoque ἀνθρώδεσμον, βαμβολόχον, καμπυλαυλοφήμενα, *ornantem* nihil, ne Spartam quam nactus es, agnoſcimus: vt ſæpius exclamarem,

Per.ſat.1.80. —*vnde hæc ſartago loquendi?* An

An vt ἀγριωτὸς vetus agricola, nil minus expedire cenſuiſti, quàm agrum optimè colere? an vt incultus σχότινος, *orationis* curam reijcis, vt rationis incuriam? Sed *curæ* Plinij eſt *nihil ſatis, dum quàm ſit magnum cogitat, dare aliquid in manus hominum.* Non opus curâ ad cultus incuriam. Faciliùs ponuntur ornamenta, quàm ſumuntur. Quid planius, quàm planium eſſe? Hinc ſentes, ſpinæ, ſordes, tenebræ: Plin.l.7.ep.17

*Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ:*
*Infelix ſuperat foliis oleaſter amaris:*
*Infelix vrenda filix innaſcitur agris,*

Vir.ecl.5.37. Geor.l.1.154. l.2.314.

ait Virgilius, vt *Neglectis* Horatius. Hinc ipſe ſentus, ſpinoſus, ſordidus, tenebrio; rus merum, ſi non pus malum. Hor.l.1.ſat.3. 37.

*Ruſticiùs tonſo toga deſluit.* --

His dapibus, an magis fœcibus, non Aſiaticis, non Atticis, vix Cynicis, vix Chymicis, *non es ſolicitus, non exhorreſcis* horridus, ſqualidus, pannis anniſque obſitus, Regem, Magnates, Medicos, Ciues, noſtrates, exteros, excipere? Támne familiaris? imò tam effrons? imò tam excors? Nihil ornati? nihil apparati? *Britannie Magne inclyta ſoboles, nobili ſtirpe nati, verâ nobilitate clari, Pompilius ſanguis,* Horatio docente *reprehendent,* imò reſpuent, imò exibilabunt, 31. Sup.pag.171. Hor.art.poet. 292.

-- *quod non Multa dies, & multa litura coercuit, atque*
*Præfectum decies non caſtigauit ad vnguẽ:*

imò -- *delere iubebunt* 441.

*Et male tornatos incudi reddere verſus.*

Malim ἐριωλῆ, quàm ἀμαλῆ, modò ne præter modum. *Ad modum* decuit eſſe *ſolicitum*: quis ſuprà modum voluit? *Multum ſolicitus non eras, vt bonis ſatisfaceres; nec nunc fuiſti ad modum,* vt doctis ne obſtreperes. Sed & Poetæ, peccant Sup.pag.171. Mart.l.14.ep. 111.

*Secura nimium, ſollicitæ manus:*

& Oratori, *in oratione peccat qui nihil peccat.* Illi Plin.l.9.ep.26 Mar.l.9.ep.59 5.

-- *dona ſolliciti libelli,* & -- *de diſcrimine palma*
*Securus puer eſt, ſollicitumq; pecus.* l.5.ep.32.7.

Huic, *decus erigi, efferri, effervescere, ad præceps accedere.* Vt-

cunque Hippocraticæ ἀπαγγελίας, quia conciſæ, poeticas vix ferunt μαλθακίας, φιλοπονίην non requirunt ἐσοφευμένην, cum medendum; quin per ſe in ſe habent χαρίσσαν αἴρεσιν: Hippocratica tamen ἀκρόασις, quia diffuſa, ſi in Schola, ſub prælo magis, non modò patitur ἐυσχημοσύνην, ſed poſtulat ἐυλεπτολίαν, ἐυπορίαν, γνωμολογίαν, ἐπιμέλειαν, cum publicè eſt profitendum. Democharis auſteriorem medicinam faſtidientibus, vel auerſantibus, non merum helleborum, ſed paſtam helleboro proponit coturnicem: quin nec lentiſcum ſolitariàm, ſed lac caprarum lentiſco depaſcentium propinem lubens.

Hip. præcept. t. 15. dec. orn. tit. 8.

Lucr. l. 1. & l. 4. 11.

*— abſynthia tetra medentes*
*Cum dare conantur, priùs oras pocula circùm*
*Contingunt dulci mellis flauoq́; liquore.*

Hor. l. 1 ſat. 1. 25.

*— vt pueris olim dant cruſtula blandi*
*Doctores, elementa velint vt diſcere prima.*

Gratum nonnullis, vino faccharum inſpergere: at nullis pro vino aquam, aut vinum in aqua ſeu vaſe lutulento propinare: adeoque

Mart. l. 10. ep. 49. 5.

*Quiſquam plumbea vina vult in auro?*

Placere ipſis naribus in praxi ſtudent Chymici: in ſcriptis nil dant auribus? At tu (pro tua ſapientia) *Minervâ tuâ tenui* (imò inuitâ, &

Hor. l. 2. ſat. 2. 3

*Ruſticus, anormis, ſapiens* (tuo iudicio, nec meo ſtultus)
*— craſſáq́; Minerua;*

imò tam *tenui* Arachnes telâ, vt prorſus inutili, nec *tuâ* forſitan) *vti potuiſti* (non vti voluiſti, non vti debuiſti) *complexti breuiter* (ſit *breue*, quod tu *impleas*) *qua tibi viſa* (non *viſa* alijs, non comprehenſa animis, nec lippienti, cœcutienti, caliganti cuipiam, nec Lynceo *videri* poterant) *huic inſtituto inſeruire*: nec tamen ritè *ſeruiunt*, vt liberaliter aut quempiam, aut quippiam *inſtituant*. Quin tibi *inſeruiat* id epigramma,

Mart. l. 11. ep. 102.

*Thaida tam tennem potuiſti, Cœce, videre?*

Tu

*Tu puto, quod non est, Cœce, videre potes.*

At tibi *Veritas nudam se gestiens*: an vt illi Arethusa, sic illa tibi ἀληθίνως;

*Et quia nuda fui, sum visa paratior?* euge. Ouid.met.l.5. 603.

an *Nuda humero Phœcas infelix, nudisq; mamillis?* Iuu sat.6.391.

an *nuda*, vt in minore Rosario, *scientibus, vestita stultis? Nudam* prostituis? ornatam malumus; sed vt matronam decet. Rosar.min.c.1.f.

Nec vestem detrahe, quæ succo non detrahat; nec fucum alline, qui fraudem arguat, furem alliciat. Sit Medicus καὶ μυννὸς Naturæ peramicus.

*Nuda recede Venus: non est tuus iste libellus:* Mar.l.8.ep.12.

*Discede verecundo sanctius ore loqui.*

Actæon caueas, *— nudam sine veste Dianam:* Ou.Met.l.3. 185.

caue à tuis canibus te discerpturis Chymicis. Nec ea Venus tibi, vt ἀναβυομένην Apellæo absoluas penicillo. At Plin.l.35.c.10 *verborum illecebris nullatenus indiget. Egens*, quæ *nuda* sępiùs. Spectari si posset, *nuda* alliceret: spectandam prębere nescis: spectandæ *aliquatenus* non exhibes aut speciem, aut specimen. An & tibi, vt illi, *munditia illecebra animo est amantium*? an vt alteri, *suis te virtus trahit illecebris ad verum decus*? vt *similitudo illicit ad amicitiã. Verborum illecebris* etsi non *egeat*, quæ doceatur; & *egent* tamen qui docendi; & *eget* miserrimè qui doceas. An illis itaque abundat illa, quibus *non indiget*? At *vera sunt* (an singula, quæ singuli?) *quæ cecinisti. Cantor* plerunque vanus; & tu *cantor* vix verus: sed quis tibicen Tigellius (seu *Anthonius nunc nunc*) non dicat, *vera cecini*? etsi nec rhythmo, nedum ratione, nec modo, nec modulo. An cornix læua *cecinit*? an *merula*, an *cuculus æstate*, cum *hyeme balbutiat*? an *Cato laudes brassicæ*? Plin.l.10.c.29. l.19.c.8.

an Maro, *Arma, virumq; —* an Lucanus, Vir.Æn.l.6. 656.

*ius datum sceleri*? an bellicum? an classicum? an signa? an triumphum? an anser, *— Gallos in limine adesse*? Lucan.l.1.2.

an intùs tibi *cecinisti* κίθαρις ὁ ἀοίδιος? Nam nihil harmonicum, nil symphoniacum, melodes nihil. Sed iam *cane* receptui,

ceptui, nec recine eandem cantilenam; *recanta* potiùs; rem incantatam, errorem decantatum alio carmine libera. At demum *cernis*

Hor.l.1. sat.3. 26. 2.91. (*Anne in amicorum vitijs tu cernis acutum,*
*Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis?*
ipso Hipseâ cœcior?)

Vir.AEn.l.6. 127. Ter.Eun. act. 1 sc 2. *apertas fores* (*Noctes atque dies patet atri ianua Ditis;*
sanè ad tuam Thaidē, *quia verò hæ tibi patent semper fores*) *ad altiora Arcana*: non *aperta*, quia *arcana*; in arce condita, num expugnasti? in arcâ recondita, num expilasti? quæ arcent tam prophanum, qui

Mar.l.5.ep.86 4. Ipsect.7.9. *Arcanâ modò raptus è popina,*
*An templa arcano demeus spolianerat auro?*

non modò propalat quod scit *arcani*, sed quod nescit. Da mihi in *arcanis*, qui sit *arcanus*;

l.1.ep.40.6. *Et nihil arcano qui roget ore Deos.*

Tu spiras, speras *altiora*: sed verbo vt tecum *finiam*, Noli altum sapere, sed time: Μὴ φρονεῖν est δεδοικέναι. Si restant adhuc *altiora*, non attigisti apicem, nec dum ergo *aurum potabile*, quod supra sphæram; quod *quantis votis* (bone Deus) *etiam per tormenta*, etiam Libauio, est *expetitum*? qui seni Penoto *fortunæ & animi ditissimus, generis nobilitate, rerum & disciplinarum scientiâ clarissimus, decus Germaniæ & literarum.* At & *Finis* ascribitur: acsi Epigrammatarius inclamasset

Lib.l.2.ep.13. Pen.den.med ep.ded.

Mart.l.8.ep.3. 3. Vir.AEn.l.2. l.1. *Sit pudor, & finis.— Hæc finis Priami fatorum.—*
*—hunc das finem* Franciscе *laborum?*

peiorem putà, quàm si rhetorculus malè concludat, *Dixi*, aut si maledicus poeta

Mar.l.10.ep.5 vlt. *Prodente clamet conscientiâ, scripsi.*

Sit *finis* Chymico, funis. Sit scopus, opus Medico, quam dicat alijs, Salus; quam sibi discat, Medicina.

*Apo-*

*Apostrophe, epistrophe.*

Sub Christi Natalitijs nuperrimis conclusa (Præses clarissime, Doctores electissimi, Collegæ amicissimi) non quòd Anthonio aduersentur, seu in Anthonium, seu Philippum Aureolũ aduertant seu animaduertant, quasi Ciceroniana Demosthenica Philippica, sed quia horis à praxi & vitâ familiari subcisiuis, in codicem tumultuariè coniecti, in iustas inde tabulas confecta, *Aduersaria* habete tandem auspicatò.

Mart. l. 10. ep. 87. 8. l. 9 ep. 1. 7. Ou. fast. l. 4. 328. Hor. l. 1. sat. vlt 88.

*Certent muneribus beatiores.*
*Maiores maiora sonent.*
*Auspicibus vobis hoc mihi surgit opus:*
*quibus hæc, sint qualiacunque,*
*Arridere velim, doliturus, si placeant spe*
*Deteriùs nostrâ.*

Si vobis, illi, alijs videntur seriùs in lucem edita, quàm decuit, quòd priùs imperata, expectata, desiderata: iam tamen citiùs, quàm ille certè voluit, & ego fortè malui, vt quæ non edita mallemus, quia talia, ad contradicendum potiùs, quàm ad docendum, scripta. Quin priùs perlegi (vt mos est) quàm probari, approbari (vt ius est) quàm excudi, quę cura fuit alijs, hęc mihi mora. Quin de minoribus quæ lucro alijs, hæc si non mihi, vobis futura sumptui; quod vobis nollem, nedum mihi. Quin priùs otij ad prælum non satis mihi, vt vt non nimis ad praxin negotij, Quin plus molestiæ in prælo præsensi, quàm sensi in prælio. Nec properaui nimis, Anthonium vt perderem:

*Nulla etenim de morte hominis cunctatio longa est.*

Ium. sat. 6. 221.

Si minus [illegible] videntur seu polita, stylus quàm ferat medicus, etsi vt Maro,

*Non sum animi dubius, verbis ea vincere magnum*
*Quàm sit, & angustis hunc addere rebus honorem:*

Vir. Geor. l. 3. 289.

etsi, vt Scaliger, *hac ab Oxonio, & more nostro, sine odoribus, vnguentis, aromatibus*; & ipse tamen fateor, *hac barbarè*, &

Scal. subt. ex 16. 2. 93.

Plat.Phædr. f. ab Anthonio; σποίρας εἰς τὸ πρόσθεν, ex re, pro re præsenti, ad Anthonium. Ad hunc, ad hæc, appositè vix idem potui, & eleganter, eloquenter. Quin nisi meus me fallit animus sic decuit, sic debui; non dico ἀλωπεκίζειν πρὸς ἀλώπεκα, cum Crete cretizare, sed *Obliquare sinus*, — vulpinam huic assuere, ὁμοιολόγιαν ἀσχημάτιστον affingere, *par pro pari vt referam, quod eum mordeat.* Vt ergo Chymicis, *ignis non ignis, lapis non lapis, aqua non aqua, ignis, sicca, ardens, non ardens, omnis & vna res*, & infinita huiusmodi absurda, absona, antiloga dicuntur infinities: sic *Aurum non Aurum* hic inscribitur, quod *Homo* tam mendax, quàm *Senex* dicit, dicitur, quod etsi *Aurum* dicitur, *non Aurum* discutitur: vt illud Platonicum, *Vir non vir, videns non videns, percussit non percussit, lapide non lapide, auem non auem, super arbore, non arbore.* Sic dicta sint indicta, ἵν' ἐπαγγὲς μὴ γνῷ, vt illa Platonica de Rege omnium ad Regem Dionysium. Summum sit his *mysterium*, reis fatentibus, *opus mulierum, & ludus puerorum.* Transmittatur *Via perditionis, & mali.* Deuitetur. *Totum phantasticum.* Exibiletur. Per me de cætero, vt Chymicus *Monuius, sino mortuos sepelire suos mortuos*: vt Chymista *Libanius*, sino, discipulus, sicut Magister, *non* tam *probatis moribus*, quàm *SVIS viuat: caminum, hircum, tabernas, sinum, quas non spurcitias*, si volet, *oleat*: si *volet impurus esse*, & adhuc sit *impurior.* Dimitto deniq; inustum compunctū Theophrasti notis: sicut Anthonius, *qui sonat tonat lapidē Hermetis philosophicū, Mercurium Philosophorum, ignes, aquas, vitra, exercitium maioris & minoris operis, & huiusmodi, hunc aut insanum, aut impostorem, aut vtrumq; iudicetis.* Sollicitauit quidem hic Vulcanius Minetuæ nostræ pudicitiam, quin vim adhibuit, in suâ Venere qui ἄγνως, hâc luctâ semen in terram fudit, hinc Ericthonium contentiosum γνησῖν libellum produxit bellulum, quo *bellum indixit* nobis; biforme, informe, deforme monstrum illud hamatis, falcatis, præcipitibus,

Vir. Æn. Ter. Eun. act. 3. sc. 1.

Onom. 1. p. 4.

Ficin. in Pl. pol. l. 5. f.

Plat. epist. 2.

Arist. tr. mir. a. Pen.

Incer. alc. c. 41

Io. Rup. qu. esl. l. 1. c. 44.

Fl. flor. Arn. p.

Riol. exc. in Qu. p. 29.

Lib. l. 1. ep. f.

Theoph. dial. Chrys. p. 23.

Bac. sap. Vet c 20.

Nat. Com. l. 4. c. 5.

pitibus, ventosis Famæ curribus quaquâ circumtulit, vt orbem circumduceret; Minerua celatum voluit; hinc vel puellæ πολυπράγμονες si aperiant, aspiciant, aut mox insanient, aut à serpentibus intrà delitescẽtibus interimentur. Sic est Natali Comiti (ne testes comites adiungam potiores) Alchymia —*dementibus improba Siren.* l.9.c.11. l.2.c.6.

Quod si Anthonius τί δὲ δὴ τούτων, ὑμεῖς αὐτῷ φθόνος, ἀλλ' ἄσμενοι ἂν ἴδοιμεν εἰ δύναταί τι, Plato vt loquitur. Si quis de istis meliùs, & is ne ferat ægriùs, quòd non in illum scribam, sed in Anthonium: qui si tueri nescit causam (vt Chymici ἀμφυλοι conclamant) bonam, quid faciet in profligata? Qui ergo mecum sentient, dicant διδασκῶς, qui secus statuent, putent πειρασικῶς hæc à me disputata. Plus enim, quàm Anthonius, & in hoc ipso opere, valent è nostris aliqui; & quidni nos in illis? Sed & cum illis canimus, Plat.rep.l.5.

*Quod lapis est, scimus; quis sit, si scire velimus,*
*Extra nos imus, nisi dowet summus & imus.* Vetust.car. chy.37.

Ex summa sua gratia concedat *Summus*, ad ipsum, per ipsum, ex ipso sciamus, quæ ad salutem corporum & animarum: de imo curet Anthonius, & imum petat. Valete, Doctores ornatissimi, qui alij vt valeant, curatis, procuratis.

ΘΔ.

*Subsignat.*

*Ego Guil: Paddy Præsidens Collegij Medicorum Londinensium perlegi, & approbaui.*
Guil: Paddy.

*Imprimatur,* Ricardus Moket S. Theol. Doct. Archiepiscopo Cantuariensi à Sacellis.

Ad Anthonium epigramma.

*Nunc Postponius es, cum pridem Antonius esses:*
*Si quid rescribas, factus eris Nonius.*

*R. A. M. D.*

*Errata (præter alia) typographi, non prototypi.*

Pag. 34. l. 26 lege caminis. p. 47. l. 27. peruertet. p. 50. l. 14. aquis. p. 51 l. 29 addidicit. p. 54. l. 7. pepererit. p. 79. l. 1. possiet. p. 81. l. 2. ἀπέζωσεν. p. 129. l. 3. bubula. l. 23. mortẽ inde. l. 27. quispiã ex huius. p. 134 l. 11. potanda. p. 137. l. 26. sit. p. 153. l. 7. augurios. p. 161. l. 30. gesserint. p. 162. l. 9. materni. p. 166. l. 7 famã. p. 173. l. 4. criminationibus. p. 174. l. vlt. hem. p. 178. l. 22. scribitur. p. 180. l. 26. ἐνδιαίτους. p. 181. l. 26. minabitur. p. 191. l. 16. pectore p. 196. l. 1. abusiuis. p. 197. l. 33. pectore Guil. p. 201. l. 20. Pharmacopœi. p. 217. l. 17. concinnatam. p. 219. l. 17. ἀδύνατον ἐστιν. p. 233. l. 8. ἐπιτυχεῖν. p. 240. l. 32. dæmonio. p. 241. l. 20. probata adhuc. p. 244. l. 3. Iucundos l. 32. ἐφεύρηται. &c. De interpunctis, & Græcis spiritibus, accentibus, ægrè caruere Anglis typographis.